

marti tue Nicasii martis
et pontificis sequitur oro.

[I]sum albamenti querere ho
minem architectoria arte

cepit omne xpm volun
tarie passum fuisse salus

Salue crux que in ...
dedicata es et ex ...

V Salue crux que in corpore xpi dedicata es et ex membris eius tanquam marg...

...vias no bonas
...pria sua v Deus vl

sit qui ypiz ca desideria
huidi reliquit Tu ait R

estis qui sivatenis ut aie
sui deserant satore Cor =

ta est inconspcu ...
loquebat sapiam Et ...

Res naturales: Elementa; Complexiones; Humores; Membra simplicia, composita; Operationes naturales, animales, vitales

Non naturales: Aer; Cibus et potus; Inanitio et repletio; Somnus et vigilia; Motus et quies; Accidentia animae

Contra naturam: Morbus; Causa morbi; Accidens morbum sequens

Preternaturam: Causa; Egritudo; Accidens

Non naturales: Terra; Aqua; Ignis; Celum; Aetates; Regiones; Status

Inun. 197

¶ Carmina de urinarum iudicijs edita ab excellentissimo domino magistro Egidio cum commento eiusdem feliciter incipiunt.

Iste liber noue institutionis: studiose cōpositionis artificio ex auctorꝫ scientijs elicitus est ꝛ exortus: i quo phisicalis scientie restāt arcana: quia secreta iudicia urinarꝫ continentur: quem quidem quoniam lectoris animū erigit ꝛ extollit: nostrorum amicorū instantie inscripsimus. De iudicijs urinarum ꝛ preceptorꝫ traditiones in hoc opere metrice describuntur. Metrica nāqꝫ oratio succincta breuitate discurrens diffinitas specificans alligata est certitudini: Ideoqꝫ confirmat memoriam: ꝛ corroborat doctrinā. Prosaica vero oratio propria libertate subfugiens conturbat memoriā: ꝛ ignorantie parit confusionem. Unde qui debent certa ratione censeri ꝛ exemplo commemorationisqꝫ caractere sigillari potius metrice breuitatis affectant compendiū: q̄ prosaice prolixitatis dispendium. Fortasse igitur de versibus incompositis ꝛ de metri incongruitate nos arguet lector importunus. Sed attendat quoniā phisicalium verborꝫ causa lex est ꝛ ratio: ꝙ metrice orationis consortium urine designant: vix enim multo conatu mansuescere vixqꝫ castigari potuerūt quin metrorꝫ legibus arctarentur. Ab hoc autem opere fugiāt qui planetici sunt ꝛ discursores alienis fecibus imbuti: ꝛ a musandino dogmate recedant alieni. Socijs autem nostris domestice fidei quorꝫ gratia h' opus suscepimus huius noue institutionis offerimus. Diuidit autem iste liber in duas partes in primam. s. ꝛ in secūdā. In prima igitur parte agit de iudicio urinarꝫ s'm cognitionem colorum ꝛ substantiarꝫ. In secunda agit de iudicijs urinarꝫ s'm distinctionem suorum contentorum.

Deriuationem nominis vrine ponit.

Dicitur urina: quoniā fit in renibus una.
Aut ab urith greco: qd̄ demonstratio fertur:
Aut quia qd̄ tangit mordet desiccat ꝛ urit.
Ut de lacte serꝫ se limpidus eliquat humor.
Sic liquor urine de massa sanguinis exit.
Sanguinis est urina serum subtile liquamen.
Humorum: quos conficit ars regitiua secundi.
Et princeps operis: dum fit cribratio rerum.
Dum fit ab impuris pure discretio partis.

¶ Dicitur urina. ¶ Expositio. In libro isto auctor ille intendens doctrinā tradere de urinis in principio ponit deriuationem nominis. Urina ergo secundum sententiam illorū triū versuū deriuatur altera trium deriuatione. ¶ Prima deriuatio est illa. Urina dicitur quasi una renibus qꝛ

in renibus formaliter generat̃ quãuis in epate principiũ ⁊ substãtiã assum
pserit. Assumit tamen in renibus ſm vsum vel quia magis fideliter habet
significare super habitudinem renum ꝙ̃ alioꝝ membroꝝ. Hec est ergo sen
tentia primi versus. ¶ Aut ab vrith. ¶ Secũda deriuatio ponit̃ in hoc
versu: cuius sententia hec est. Urina dicitur ab vrith grece: qđ est demon-
stratio latine: quia per ipsam vrinã dispositiones humani corporis demon
strantur vt sanitas egritudo ⁊ neutralitas: repletio ⁊ inanitio vł media ha
bitudo ⁊ similia. ¶ Aut quia qđ tangit. ¶ Hic ponit̃ tertia deriuatio vri-
ne: ⁊ est talis. Urina dicitur ab vro vris: quia habet virtutem vrendi ⁊ de-
siccandi: Et ideo dicitur valere contra pustulas ⁊c. sicut expresse scriptum
est in cõmento. ¶ Ut de lacte seꝝ. ¶ Hic ponit quandam similitudinem
inter seꝝ ⁊ vrinam vt de ipsius vrine essentia doctrina clarior habeatur. s.
sicut serum de lacte per grossarum partiũ expressionem sequestratur ita li
quor vrine de massa sanguinea eliquatur. ¶ Sanguinis est vrina. ¶ In
hoc loco ponit diffinitionem vrine: que quidẽ diffinitio assumpta est ab vri
nis isaac vrina est colamentũ sanguinis ⁊c. ¶ Commentũ. ¶ Renibus
vna. quoniã formaliter in renibus generat̃ ⁊ discernit̃: licet prius ĩ epa-
te ⁊ substantiã ⁊ colorem accipiat ſm habitũ: ĩ renibus tamen assumpsit eã
ſm vsum: vel dicitur quia fidelius renum habitudinem denunciat ꝙ̃ alioꝝ
membroꝝ vnde dicit̃ vrina ab vrith grece qđ est demonstratio interiorum
membroꝝ. Unde cũ certificamur de interioribus: tunc consulimus vrine
iudiciũ. Et dicitur etiã qꝛ habet virtutem desiccatiuam. vnde valet contra
serpiginem ⁊ contra pustulas ⁊ contra virge vlcerationem: ⁊ cũ felle acci-
pitris colata per pannũ maculã delꝫ potata etiã spleneticis cõfert. ¶ Ut
de lacte seꝝ. ¶ Hic notatur similitudo fieri inter serum ⁊ vrinã vt exp̃sse
de essentia similitudinis vrine euidentior cõpleat̃ doctrina: sicut autem seꝝ
per grossaꝝ partiũ expressionẽ de lacte excolat̃: sic vrina de massa sangui-
nis eliquat̃. Unde Theophilus quidam vero eã similem sero vocauerit.
¶ Sanguinis est vrina. quid sit vrina sic diffinit̃ in hoc loco. ⁊ est hec diffi
nitio que hic assignat̃ bene consonans diffinitioni quã ponit Theophilus
⁊ isaac in libro vrinaꝝ: que talis est. Urina est colamentũ sanguinis ⁊ alioꝝ
humoꝝ ex actionibus nature natũ. Sed est hic notandũ ꝙ non est reuera
seꝝ sed quasi serosa substantia cũ sanguine eliquata. ¶ Humoꝝ quos con
ficit ars regitiua secundi. i. virtus regitiua. s. secũde digestionis. ¶ Et ꝑn
ceps operis dum fit cribratio reꝝ. i. sequestratio q̄ sequestratio fit ĩ epate.
Flegmatica nãq̃ materia in primo motu ebulitionis generata ad pulmo-
nem emittitur vt in flegma conuertitur. Colerica materia ad cistim fellis
transmittitur. Melancolia deriuatur ad splenem. Sanguinea materia in
epate sinceratur ⁊ mundificat̃. Aquosa vero substantia idest vrina cũ san-
guine ad renes deportatur: ⁊ per poros euritides resudat in vesicam.

Ponit conditiones vrine.

Quale: quid: aut quid in hoc: quantum: quotiens: vbi: quando.

Etas:natura:sexus:labor:ira:dieta.
Cura:fames:motus:lauacrum:cibus:vnctio:potus:
Debent artifici certa ratione notari.
¶ Si cupis vrine iudex consultus haberi.
Quattuor ex primis cum precipue dominentur.
Debet iudicii potior sententia sumi.
Integritas lapsus vitium virtus minus aut plus.
Et status hiis medius sit ab hoc examine certus.

¶ Expositio breuis. ¶ Quale:quid. Hic ponit ꝯditiones que requiruntur ad veꝝ iudicium vrinaꝝ vt manifeste declaratur in cōmento infra. ¶ Quattuor ex primis. Hic ostendit quas ꝯditiones medicus debet precipue ꝯsiderare. Et dicit ꝙ primas quattuor ꝯditiones medicus primo ⁊ principlr attendere debet.s.ad q̄litatem:substātiā q̄titatem:⁊ ad ꝯtenta: q͛ ex istis quattuor ꝯditionibus cum sint substantiales vrine sumitur melior snīa in iudicando. ¶ Integritas. Hic ostendit vtilitatem que habetur ex iudicio vrinaꝝ dicens ꝙ per iudiciū vrine cognoscit medicus sanitatem hominis:egritudinem ⁊ neutralitatem:fortitudinē virtutis ⁊ debilitatem:inanitionem ⁊ repletionem:⁊ habitudinem mediocrem:⁊ hec est vtilitas que habetur ex iudicio vrine. ¶ Commentum. ¶ Quale:quid.

Formā inscriptionis vel speculationis declarat sibi. In hoc enim loco declarat ⁊ ostendit que sunt in iudicio vrine consideranda. Habenda enim est consideratio coloris substantie q̄titatis ⁊ contentoꝝ. Et iste sunt naturales vel substātiales ⁊ intrinsice ꝯsiderationes que ex ipsa vrina perpenduntur. Sunt ⁊ alie quedā accidentales vel extrinsice que ex proprietatibus substantiarū eliciuntur vt ex etate complexione ⁊ aliis que secuntur. ¶ Quale. Refert ad q̄litatem idest ad colorem. ¶ Quid. Refert ad substantiā. Diuersificat igitur substantia in tenuitatem ⁊ spissitudinem ⁊ mediocritatem. Tenuitas in omnimodā tenuitatem: ⁊ in mediocrem ⁊ tenuem spissitudo in omnimodā spissitudinem ⁊ remissam diuidit. ¶ Qd in hoc. Spectat ad differntiā contentorum. ¶ Quantū. Pertinet ad q̄titatem. Quantitas enim diuiditur in multitudinem.mediocritatem ⁊ paucitatē. ¶ Quotiens. Pertinet ad numerum effusionis vel inspectionis.s.vtrū semel:vel pluries sit effusa vrina. Nā ex frequentia vel raritate effusionis plurimū instruimur ⁊ ex frequentia speculationis plenius certificamur. ¶ Ubi. Refert ad locū collectionis que colligi debet in vase vitreo claro ad modū vesice facto vt ex vasis qualitate omnes ptes vrine se visui fideliter ostendantur. ¶ Ubi. Etiā refert ad locū inspectionis quia debet inspici in loco non nimis radioso nec obscuro. Et si radius sit ante oppositus opponenda est manus vt fiat melius discretio cōtentorum ⁊ ne radiositate visibilis spiritus habeat disgregari. ¶ Ubi.

Potest etiā intelligi depositione ꝯtentoꝝ.s.vtrū ꝯtenta in summo teneant locū in vrina vel mediū vel infimū. ¶ Quando. Refert ad tps

effusionis quod est in hora matutinali: celebrata digestione. Tunc enim fi-
delior est ⁊ est nuncius certus interiorum membrorum. vel. ¶ Quādo.
Refertur ad tempus inspectionis: statim nāq₃ est inspicienda: Et si affu
erit opportunitas post eius residentiā vase obturato secūdo vel tertio est
inspicienda. Multotiens nāq₃ mingitur tenuis ⁊ postea inspissatur ⁊ econ
uerso. multotiens tenuis ⁊ remanet tenuis vt in Theophilo legitur.
¶ Etas. Quia alia debet esse in puero alia in sene ⁊ alia in iuuene iuxͣ
intensionem vel remissionem caliditatis. ¶ Natura. s. quātum ad cōple-
xionem: in colerico nāq₃ debet esse citrina ⁊ tenuis. Citrina ex caliditate.
Tenuis ex siccitate. In flegmatico debet esse discolorata ⁊ aliquantulum
spissa. In melancolico debet esse discolorata ⁊ tenuis. In sanguineo colo-
rata ⁊ mediocriter spissa. ¶ Sexus. Ad differentiam inter marem ⁊ fe
minā. ¶ Labor. Pertinet ad exercitium corporis. Ex labore nāq₃ cū
calefiat corpus coloratur vrina. per laborem intellige ⁊ eius contrariū. s.
quietem. ¶ Ira. Pertinet etiā ad pturbationem eius anime vnde mu
tatur vrina. ¶ Dieta. Quātū ad ministrationem sex rez non natura-
lium ex quibus oībus variat̄ vrina. ¶ Cura. Quantum ad sollicitudi
nem ⁊ tristitiam. ¶ Fames. Quantum ad indigentiā ⁊ potus ⁊ cibi ⁊
ieiunii. ¶ Motus. Quantū ad q̈ntitatem exercitii quoniā in quodam
exercitio plus mouet̄ corpus ⁊ in quodā minus. ¶ Lauacrū ad differen-
tiam balneorū. Nam ex balneo sulphureo vel marino vrina coloratur ⁊
ex balneo aqua dulcis discolorat̄. ¶ Cibus. In qualitate ⁊ q̈ntitate im
mutat vrinā. Quātitas multitudinis ciborū discolorat ⁊ crudificat vrinā
soffocando calorem naturalem. Paucitas ciboꝝ intensam reddit inducen
do siccitatem ex cuius lima acuitur calor. Qualitas autem si calidus frig.
bu. ⁊ siccus ⁊ etiā si substantia subtilis vel grossa aut mediocris. ¶ Vn-
ctio. Quantū ad vnguenta: vt si vnxerit se oleo laurino vrina intendit
vel marciaton vel oleo iusquiami. vnde calor remittitur vel intenditur.
¶ Potus. Sua enim q̈ntitate qualitate substantia ⁊ colore immutat
vrina: q̈ntitate si multū biberit vel parū. qualitate. Si multum fuerit cali-
dus vel frigidus ⁊ similia. Substātia si fuerit stipticus vel diureticus. ex
subtili nāq₃ potu ⁊ diuretico multiplicat̄ vrina. ex stiptico ⁊ spisso mutatur
⁊ minuitur. Colore: vt si fuerit vinū rubeū vel album ⁊c. huiusmodi enim
consortiū tingit vrinam ⁊ eam reddit sanguineam. Decoctio reubarbari ⁊
croci reddit eam croceam. ¶ Debent artifici. Idest medico consulto ⁊
discreto. ¶ Quattuor ex primis. Idest quattuor ꝯsideratā q̄ diximus
substantialia. ¶ Integritas. Hic declarat que vtilitas habeat̄ ex iudi
cio vrinaꝝ. ¶ Integritas. Quātū ad sanitatem. ¶ Lapsus. Quā-
tum ad egritudinem vel neutralitatem. ¶ Vitium. Quantū ad imper
fectionem operationum. ¶ Virtus. Quantum ad perfectionem.
¶ Minus. Quantum ad minutionem. ¶ Plus. Quantum ad
repletionem. ¶ Status. Quantū ad mediocritatem. ¶ Ab hoc exa-
mine. Idest iudicio vrine.

Ostendit quot sint vrinarum colores.

Bis deni vrinam possunt variare colores.
Quos ex subscriptis poteris perpendere formis.
Nigrior vrine facies incommoda febris.
Quartane soluit: mortem portendit ꝛ vrit.
Si niger ad fundum residens se deprimat humor.
Matrix purgatur multi sentina fluoris.
In febre fert mortem nigra fetida pauca pinguis.
Vesice vitio prorsus renumq̄ȝ remoto.

¶ Expositio. ¶ Bis deni ⁊c. Postquā auctor docuit nos in generali conditiones que sunt attendende in iudicio vrinarum ꝛ quid sunt. hic prosequitur de vna conditione. s. de qualitate ostendens quot sunt colores vrinarū dicens ꝙ sunt Viginti. Sed qui sint inferius declarabitur. ¶ Nigrior vrine. Hic prosequitur de coloribus vrinarū: ꝛ primo de colore nigro. Sentina istorum duorum versuum est hec. Vrina nigra in colore tria significat. Unum. s. solutionem ꝛ liberationem a febre quartana: ꝛ maxime si sit multa in quantitate. Alterum est ꝙ significat mortificationem caloris naturalis: ꝛ tunc est nigra quadam nigredine circunfusa: ꝛ tunc precessit color liuidus. Tertium est quia significat vltimatā adustionem ꝛ talis nigredo est sicut cornu lucidum: ꝛ tunc precessit color viridis. ¶ Si niger ad fundum. Hic ponitur alia regula de nigro colore: ꝛ solum pertinet ad mulieres que talis est. Quotiens apparebit tibi vrina nigra cū nigro sedimine significat purgationem menstruorum quia humor niger ꝛ melancolicus effunditur in vrina ꝛ ipsam denigrat. Et est notandum ꝙ talis vrina per residentiam attenuatur superius ꝛ inferius inspissatur. ¶ In febre fert mortem ⁊c. Alia ponit̄ regula de nigro colore. Quotienscunq̄ȝ in febre accuta appareat vrina nigra in colore: pauca in quantitate: fetida in odore: vnctuosa in substantia: tunc potes proculdubio mortem iudicare. Renū tamen ꝛ lumboꝝ iudicio circunscripto: qꝛ si esset vitiū in renibus aut in vesica minus esset vrina suspecta. Unde talis vrina potest apparere ex passione in renibus aut in vesica. ¶ Cōmentū. ¶ Bis deni vrinā. In h̄ cap. distinguunt̄ q̄t sint colores vrinaꝝ. Sūt aūt viginti. Et est multiplex coloꝝ descriptio vel distinctio. Quedā nāq̄ȝ fit coloꝝ distinctio ꝭm qualitates. Alia ꝭm naturā digestionis ꝛ decoctionis. Tertia ꝭm proprietates humoꝝ. Scd̄m qualitates fit hec distinctio colorum: qm̄ alii sunt intensi: alii mediocres. alii remissi. Remissi omnes iudicantur a subcitrino īferius. Sed intensi omnes a ruffo superius. Mediocres sunt citrinus ꝛ subcitrinus. ruffus ꝛ subruffus in q̄dā cōplexione. Scd̄m naturā decoctionis fit hec distinctio coloꝝ: qm̄ alii significāt mortificationem vt niger viridis ꝛ liuidus. Alii significant indigestionem vt albus lacteus glaucus ꝛ caropos. Alii principium digestionis sed non per-

fecte vt subpalidus subcitrinus pallori vicinus. Alii pfectam digestionem vt citrinus ruffus ₇ subruffus. Alii excessum digestionis vt subrubeus rubeus subrubicundus rubicundus. Alii adustionem significant vt inopos ₇ kianos: Alii super adustionem ₇ mortem: vt viridis ₇ niger. Si vero obiiciatur ꝙ a nigro colore incepimus ₇ in eodem terminabimus. Rñ. deamus ꝙ aliud est niger color qui fit ex mortificatione que fit propter frigiditatem ₇ caloris extinctionem. Aliud est quo fit ex summa ₇ vltima adustione: ₇ ideo secundū diuersitatem causarum distinguenda est diuersitas effectū. Distinctio secundū humores euidens est. Nam quidam colores significant colerā: quidā sanguinem. Alii melācoliā. Alii vero flegma. Sed ad significandū humores debet fieri coniugatio colorꝝ ₇ substantiaꝝ. Primo ₇ vltimo exequitur auctor de nigro colore vt fiat processus de coloribus significātibus mortificationem vel frigiditatis intensionem ad colores significantes adustionem per colores significantes mediocritatem. ₇ sic ab vna extremitate rationabiliter procedit ad aliā extremitatem. ¶ Bis deni. Idest viginti qui ergo colores sint determinandum est inferius. ¶ Quos. Idest colores. ¶ Ex subscriptis formis. Idest regulis. ¶ Nigrior vrine ₇c. Quartane soluit. In h capl̃o agit d̃ nigro colore ratione predicta. Niger autem color in vrina tria potest significare aut frigiditatem. s. mortificantem: ₇ tunc debet esse vrina nigra cum quadā caligine circumfusa propter naturalis caloris extinctionem: ₇ tunc precessit liuidus color. Aut significat adustionem completā ₇ vltimatā: ₇ tūc debet esse lucida sicut cornu lucidū nigrum quemadmodū apparet circa facies ethiopum quibus propter adustionem quedā luciditas in facie attrahit ex sanguinis adustione ₇ vnctuositate ad faciem attracta. Viriditas etiā procedens est signū manifestum ꝙ succedens nigredo fiat ex adustione sanguinis. Significat autem niger color in vrina ₇ maxime in febre quartana: si multa fuerit in quantitate: quartane solutionem: ₇ melācolici humoris purgationem. Melancolica nāꝗ materia nigra est ₇ terrestris ₇ sui commixtione denigrat vrinā. Multā ideo dixi quia ex purgamento multo debet multiplicari vrina. Et ideo si pauca appareat suspecta est. Lr̃a plana est. ¶ Soluit. Idest solui significat. ¶ Mortē ptendit. Idest significat mortificationem ex frigiditate intensa liuore pcedente. ¶ Adurit ₇c. Idest adustionem significat pcedente viridi. ¶ Si niger ad fundū ₇c. Alia rᵃ de nigro colore datur: ₇ est accommodata mulieribus ₇ non ad alia subiecta euagat. Vrina nāꝗ nigra cū nigris sediminibus in fundo apparentibus significat purgationem menstruoꝝ ex eruptione nigri ₇ melācolici humoris. Unde tota vrine facies quadā denigratione respergit: sed talis vrina p residentiā inspissat superius ₇ attenuat inferius. ¶ Matrix purgat. Idest purgari significat. ¶ Sētina. Idest lacuna idest receptaculū. Sicut. n. ad sentinā nauis discurrūt omnes superfluitates: ita ad matricem quasi ad quandā sentinā mulieris corpis deriuant supfluitates. ¶ In febre tertiam. Alia ponit rᵃ de nigro colore. Urina nigra in colo

re pauca fetida ⁊ vnctuosa nihil mali vesica habente proculdubio mortem significat circunscripto vitio renū ⁊ lumboꝝ. Et ideo dixi ꝙ talis potest apparere ex vitio renū vel lumboꝝ: ⁊ tunc minus erit suspecta. Et hāc regulam eligimus a theofi. in cap. de fetida in fine sui opis. Dicit enim ibi. Urina in febre accuta nigra fetida pinguis nihil mali vesica habente significat mortem. Et subiungit. Urina odorem habens grauem significat mortificationem: ⁊ putrefactionem. In febre accuta fert mortem idest significat mortificationem. Nigra ex mortificatione: fetida ex corruptione. pinguis .i. oleagina ex pinguedine ⁊ substātialis humiditatis vel humidi eliq̄tione.

De vrina nigra que nigram habet nubem.

Multa die cretico: quam nigra ⁊ pendula nubes.
Largius obfuscat sedimenq̄ natatile turbat.
Auribus oppressis turbata pace soporis.
Sanguineum fluxum signat de nare futurum.
Sed si signa necis concurrant siue salutis.
Judicio mortis damnat vel liberat egrum.

¶ Expositio. ¶ Multa die. Hic ponit auctor aliā regulā de vrina nigra: Et non solū itelligit vrina illa que ꝑ totū est nigra: sed etiā illa que habet nigrā nubem. Ista est ergo rª. Quādocunq̄ videbis vrinā nigrā vel subnigrā in colore multā in quātitate cū ipostasi nigra excelsa aut natatili apparente in die cretica supueniente in febre causone cū vigiliis ⁊ aurium surditate tunc scias ꝙ crisis futura est ꝑ fluxū sanguinis ex naribus ad salutem vel mortem. Ad salutem in cōcurrentibus bonis signis ad mortem concurrentibus signis malis. Rōes illoꝝ in cōmento ponunt ⁊ ꝑterea hic sufficiant. ¶ Commentū. ¶ Multa die. Alia ponit rª de vrina nigra vł subnigra. ꝑ vrinā nigrā vel sub nigrā non tātū intelligimus illā solā. que ꝑ totū nigra est: sed etiā illā q̄ nigrā habet nubē: vel nigrū vel subnigrū eneorima ex q̊ facies vrine denigrat. Est ģ talis rª. Urina nigra vel subnigra multa iquātitate apparens. ⁊ cū ipostasi nigra ⁊ excelsa ⁊ natatili formā tenens eneorimatis ī die cretico supueniens ī febre causone cū vigiliis ⁊ surditate significat crisim futurā ꝑ fluxū sanguinis a naribus ad salutē: si laudabilia signa concurrant. Sed ad mortem si in laudabilia. ¶ Multa die.

Per hº ꝙ multa vrina fuit ī die cretica significat ꝙ natura mouet in die crisis deputata ad purgādā materiā: ⁊ fuit fortis ad purgādā materiā per vrinā ⁊ ideo fuit multa. Qȝ aūt eneorima fuit pendens in medio ꝑ hº significat motus ⁊ dispositio materiei. ꝙ vero excelsum est eneorima indicat leuitas eiusdem ꝙ autem nigra significat nimietas feruoris conuertentis materiā in quādā adustionem. Sed adustio non nimis violenta demonstratur: cū eneorima est natatile ⁊ excelsum. Nā si esset violenta ⁊ vltimata adustio: humiditatem depasceret ⁊ nihil resolueret: ⁊ totā ventositatem

consumeret que consumpta potius fieret ypostasis subsidens quã excelsa.
¶ Nota ꝙ vrina multa turbosa in die septima adueniens significat solu-
tionem ⁊c. solutionem breuem. Pauca võ significat mortem in die septiã.
In eo ꝙ adsunt vigilie ⁊ surditates supuenerint: demonstratur ꝙ materia
ignit: ⁊ accuta resoluta in fumũ ascendit ad caput ⁊ vigiliaꝝ inquietudinem
⁊ auditus impedimentũ inducit. Et ipsa materia cũ sit accuta ⁊ penetrati-
ua frãgit venulas nariũ ⁊ ꝑ eas erumpens ad fluxũ sanguinis de naribus
prouocandũ mouendo ⁊ meatus reserando laborat. Eadem materia sua
siccitate ⁊ accumine suo desiccans cerebrũ ĩsaniã inducit. Eadem quoq̃ ma
teria ꝑ poros egrediens neruos in transitu suo pungit ⁊ mordicat ⁊ rigo-
rem facit: perueniens etiã ad cutem eã mollificat ⁊ sudorem inducit. Inde
est qđ dicit isaac in libro vrinaꝝ. Vrine nigre vel subnigre eneorimata ha-
bentes excelsa significãt crisim fieri cũ rigore ⁊ sudore. Vrina multa ⁊ ni-
gra cũ sudore ⁊ vigiliis subueniente ipostasi nigra ⁊ natatili sanguineum
fluxũ significat a naribus. Eadem cũ laudabilibus signis morbi solutionẽ
portendit. Unde Theophilus in libro vrinaꝝ dicit vrine nigre eneorima-
ta habentes excelsa significant crisim futurã cũ rigore ⁊ sudore ⁊ insania. ⁊
quandoq̃ fluxum sanguinis de naribus. Inde est quod dicit Ipocras in
quarta particula amphorismo. A causone habito rigore superueniente so-
lutio fit idest rigor superueniens soluit egritudinem. De vrina nigra dicit
Ipo. in epidimiis impossibile est sanari infirmos in quoꝝ vrinis dominat
nigredo: nisi in quibus vrine exeunt ſm crisim. Idem in eodem. Si aufe-
rantur menstrua mulieribus vrinis nigris supuenientibus sanant. Item
Gall. super epidimias Ipo. dicit ꝙ si aliquãdo infirmus in principio mor-
bi facit vrinam nigram cum signis molestis ⁊ terribilibus ⁊ tamen sanat: si
contingat eius virtutem esse constantem: ⁊ facilem anhelitum. Item quã-
doq̃ in morbi initio vrina nigra venit cum timore accidentiũ ⁊ permanet
vsq̃ in diem nonã. Sed postea veniente vrina nigra cum ipostasi alba vir
tute se expediente decoctionem morbi significat ⁊ egri Salutem hoc ⁊c.
Hoc certum est ſm Ipocratem in libro amph. s. 2ª particula vbi dic. Acu
torum morborum non omnino certe pronosticationes sunt neq̃ sanitatis
neq̃ mortis. Sed constanter scias vt dicit Gall. ꝙ significatio non conco-
mitatur laudabilis. Si angustia anhelitus ⁊ sudor in solo capite: ⁊ aliena-
tio mentis ⁊ ablatio desiderii: tunc scias ꝙ manifesta ruina nature ⁊ corpo-
ris egri periclitatio declaratur. Nota ꝙ dicit Theophilus in vrinis ꝙ vri
na in fe. causone. Si nigram nubem habuerit significat trãsmutari in quar
tanam. per nigredinem significat adustionem materie: per nubem ventosi-
tas declaratur: ⁊ etiam ꝙ non sit tanta adustio quin aliquantulum de hu-
miditate remaneat: que resoluta in ventositatem: sedimẽ eleuat in nubem.
Materia igitur causonis expulsa a vasis ad fontes putrefit in eis ⁊ quar
tanam inducit. Littera plana est hiis expositis.

Ostendit cum qua substantia conueniat niger color.

Congrua mixture cum spisso federa servans.
Subtilis coitum refugit nigredo liquoris.
Ut tenuem tolleret:qui non sibi concolor heret.
Impetrat eventus:casusq; facit violentus:
Non obstrusa parum deductio clausa viarum.

¶ Expositio. ¶ Congrua. In hoc capitulo demonstrat auctor de nigro colore cum qua substantia conveniat copulari naturaliter. Sententia istorum quinq; versuum breviter talis est. Niger color naturaliter cum spissa substantia commiscet.sed cum tenui nunq; commiscet.ꝛ ratio est quia ubi est nigredo ibi est obtenebratio ꝛ obscuritas:que contingit ex perturbatione partium ꝛ ingrossatione.ꝛ ideo merito cum grossa substantia sociatur.sed cum tenui non quia tenuitas contingit ex partium raritate:ꝛ nigredo ut dictum est ex perturbatione partium ꝛ illa sunt contraria. Et ideo se insimul non paciunt. Et hoc intelligendū est naturaliter quoniā accidentaliter niger color cum tenui substantia aliquotiens copulat: Sicut:urina nigra:spissa in substantia per loca opilata trāsiens est stricta tunc ratione opilationis loci a sua grossicie spoliatur. Et sic remanet tenuis. Et hoc est qḋ auctor intendit. ¶ Commentū. ¶ Congrua mixture. In hoc capitulo demonstratur cui substantie sit coniugalis niger color naturaliter. Et dicit ꝙ cum tenui substantia nigrum colorem impossibile est coniugari. Et hoc idem testatur isaac in libro urinarum de cuius fonte hanc doctrinā habuimus. Ubi nāq; est nigredo ibi tenebrositas ꝛ obscuritas q̄ habet cōtingere ex pturbatione partiū:ideoq; ubi est tenebrositas:non potest esse tenuitas:que contingit ex partiū raritate. Inde est ꝙ nigredo non potest copulari naturaliter cū tenui substantia.ideo dixi naturaliter qꝛ quādoq; recipit copulationem cū tenui substantia ex accidenti sicut propter emfrasim urine ut quando urina naturaliter nigra transit per locū ubi est emfrasis qꝛ in loco opilationis remanet grossicies: Et urina a spissa substantia spoliat:ꝛ quādā tenuitatem assumit. Item urina nigra significat intensionem sanguinis ꝛ sue humiditatis naturalis consumptionem ex intensione ignei caloris:vel ex intensione calidi naturalis:vel ex congelatione ex frigiditate nimia vel ꝑp humores melancolicos ꝭm crisim expulsos:quibus omnibus urine substantia inspissat. Ex intensione sanguinis ꝑpter nimiā ebulitionem:ex congelatione ꝑpter nimiā frigiditatem.ꝛ ex purgatione materie melancolice ꝭm crisim propter substantie terrestreitatem commixtā cū urina. Et ideo non potest coniungi niger color cū tenui substantia.

De livido colore.

Livida si fuerit:vel livor particularis:
Vel totalis erit:per totum livida membrum.
Aut membri monstrat humorem mortificari.
Aut sursum livens variis accommoda causis.

Paruus emittriteus medius morbusq; caducus.
Asclites sinochus vene ruptura catarrus.
Stranguric lapsus: matricis passio fluxus.
Coste: pulmonis vitium dolor articularis.
Consumptiua ptisis vis extinctiua caloris.
Sint tibi liuoris cause quas collige signis.

¶ Liuida si fuerit. ¶ Expositio. Supius auctor determinauit de ni-
gro colore hic determinauit de liuido qui est via ⁊ incohatio ad mortificatio
nem ⁊ caloris naturalis extinctionē. Et ideo liuidus color non differt a ni
gro nisi sm remissionem mortificationis. ¶ Unde sniā illoꝝ duoꝝ versuū
breuiter est hec. Liuidus color idest plumbeus: aut est sm totā substantiā
vrine: aut sm ꝑtem videlicet in superiori ꝑte vrine. Si sm totā substantiā
vrine: tunc aut facit residentiā ⁊ tunc inferius inspissatur ⁊ superius subti
liatur ⁊ clarificat: tūc scias ꝙ talis vrina per totū liuida talem residentiā fa
ciens significat humoꝝ mortificationem. Aut nullā facit residentiā: ⁊ tunc
non solū significat mortificationem in humoribus esse infixā. sed in mem-
bris radicatā ⁊ hoc est qd intendit. ¶ Aut sursum liueus. Hic determi
nat de colore liuido apparente in superiori ꝑte vrine dicens ꝙ quādocūq;
apparebit tibi vrina in colore liuida in supiori ꝑte vrine: significat egritu-
dines varias ⁊ diuersas vtputa paruū emittriteū ⁊ mediū ⁊ epilepsiam ⁊
alias sicut in commento declarat. ¶ Commentum. ¶ Liuida si fuerit.

Post nigrū colorem agit auctor de liuido colore q: significat prepara-
tionem ⁊ incohationem ⁊ inultimationem mortificationis ⁊ nō differt a ni-
gro nisi in remissione maliciei. Liuidus aūt color in vrina alius est to-
talis qui totam occupat vrinam. Alius est particularis qui ꝑtem superio-
rem tātū inficit. Totalis liuiditas aut significat mortificationem humoris
⁊ nō membri: Aut significat mortificationem humoris ⁊ membri: aut mem
bri ⁊ non humoris. Si igit significat mortificationem humoris ⁊ nō mem-
bri: tunc vrina debet per residentiā inspissari ⁊ liuiditatem retinere: supius
aūt clarificari ⁊ ab infectione humoris recedere. Si humoris ⁊ membri:
nulla residentia vrine vel humoris potest aboleri. per qd significatur mor
tificationis vitium non tantum in humoribus esse fixum. Sed in mem-
bris esse radicatum: hiis cognitis littera plana est. Aut rursus liueus.
¶ Premisit auctor de totali liuiditate. Nunc de particulari subiungit.
¶ Variis accōmoda. Idest deputata ad varias ⁊ diuersas passiones
¶ Paruus emittriteus. Notandū est ꝙ ꝑticularis liuiditas ex mul-
tis causis potest ꝓuenire: quia quādoq; ex mortificatione propter caloris
naturalis extinctum: sicut in emittriteis vel ex humorum perturbatione si
cut est in fluxu ventris: ⁊ tunc vrina debet esse pauca: cum quibusdam hu-
moribus ⁊ oblongis resolutionibus: cum quadā essentie impuritate: quod
habet fieri quia terrestria ⁊ aquosa commiscentur sibi vnde liuidus color
succedit. Quandoq; vero fit liuidus color ex spiritualium passione sicut

in pleuresi.perbipleumonia:empimate ⁊ ptisi. Pacientibus nãq mem-
bris spiritualibus membra nutritiua.s.stomachus ⁊ epar compaciunt eis.
Transmittunt ergo spiritum ⁊ naturalem calorem ad iuuamentũ eorum.
Unde spiritu ⁊ naturali calore depauperata frigescunt. vnde ex debilita-
te caloris ⁊ impuritate secunde digestionis:cũ transit eius superfluitas.s.
vrina quãdã ↄtrahit liuiditatem. Uel aliter in pleuresi vel perbipleumo-
nia multa est collectio materiei sup̄flue spiritualia opprimentis:quandoq
etiã naturalis calor insaniosam humiditatem transducere contendit:⁊ ali-
quid puluerulentũ ⁊ contagiosum de mala materia per venam deriuat ad
epar:⁊ sanguinem inficit ⁊ spiritus corrumpit. Unde vrina cũ infectione
spirituũ ⁊ sanguinis sup̄ius liuescit. Et si queratur quare liuescit potius
sup̄ius q̃ inferius:Respõdendũ est sic.s.q fumositates ⁊ vapores cũ vri-
na emissi cum sint corpora aeria leuia superius habent motũ:⁊ vbi magis
habitant ibi ostendũt suã infectionem. Fit quãdoq liuiditas in epilempsia
cũ quadã plumbeitate in circulo que significat infectionem spiritualiũ ex
passione animatoꝝ membroꝝ in sinocho etiam liuescit vrina propter san-
guinis corruptionem:sanguine enim corrupto multum inficiunt spiritus.
Liuescit etiã in aschlite propter digestionis secunde corruptelã ⁊ humo-
rum impuritatem in ruptura chilis vene ⁊ in omni effusione sanguinis li
uet vrina ꝑpter humoꝝ perturbationem:instranguria ⁊ in catarro ⁊ in ar
thetica non est vrina ex per liuiditatis quod contingit ex spirituũ infectio
ne per loca pacientia transeuntiũ ⁊ ex humoribus quos contingit pertur
bari ⁊ corrumpi vrine sorciuntur maculam liuiditatis idest recipiũt. Et in
passione matricis liuet propter eandem causam:precipue cũ matrix fit la-
cuna ⁊ sentina omnium superfluitatum ⁊ hoc est quod dicit. ¶ Paruus
emittritens. ¶ Tres sunt species emittritei de quibus alias sufficienter
dicet. ¶ Morbus caducus. qui alio noĩe appellat̃ epilepsia. ¶ Aschli
tes. idest tertia species idropisis ⁊ dicitur ab aschi quod est vter q̃ in ea
vẽter rep̄cussus resonat in modũ vtris semipleni. ¶ Sinocus. febris
est ↄtinua de putrefacto sanguine intra venas. ¶ Uene ruptura. sicut
chilis vel alterius vene. ¶ Catarrꝰ. fluxꝰ humoꝝ a capite descenden-
tiũ. ¶ Strãgurie. cũ fit opilatio vesice vel ex humore collecto vel ex
ap̄ate. ¶ Matricis passio. vt si paciat̃ matrix ex inanitione vel ex ali-
qua precipitatione vel distensione ƀm sup̄iorem ꝑtem vel ex declinatione
super latus dextrum vel sinistrum vel vertebrum. ¶ Fluxus.s.ventris.
¶ Coste. q̃ꝰtũ ad pleuresim. ¶ Pulmonis. ex vitio pulmonis liuet
vrina:tribꝰ de causis.s.ex stillicidio reumatis.vñ circulus est reumaticus
⁊ granulosus ⁊ dolorem circa spiritualia patitur ex repletione:⁊ tunc sen-
titur grauitas ⁊ pondus circa spiritualia ⁊ dolor partis sinistre. Patitur
etiã ex compressione a stomacho vel a splene vel matrice vel epate.vnde
aliquid extorquet̃ a spiritualibus ex sui compressione quod lapsum est ad
gibbum epatis ⁊ inde per capillares venas ad vesicam ⁊ vrinam inficit.
Et distinguitur talis liuiditas per tumorem membrorum compressorum

tumorem facientium. Ex vitio epatis liuet vrina tribus de causis ex repletione. ex opilatione & ex debilitate virtutis. Quādo vero liuet ex repletione tūc distinguit᷑ quia vrina spissa est & pondus sentitur in dextro ipocundrio & dolor. Ex opilatione liuet vrina & tunc debet esse intensa: tamen mediocriter spissa. vnde vrina inopos tria significat vel opilationem epatis vel maiorē vel minorem emittriteū. In ruptura vene debet esse hec causa .s. distinctio circa epar. Ex debilitate liuet vrina: quando infrigidatur epar & impuri humores & fumi generantur. vnde coloratur vrina: sicut in idropico. Ex vitio intestinorum liuet quattuor modis: vel ex fluxu ventris vel ex emoroidibus vel lumbricis vel ex illiaca passione vel colica. Quādo est ex fluxu ventris tunc fit tribus modis. s. ex nimia & cōtinua humorum discursione incolon ex quibus aliquid corrūpitur ex calore naturali. Et ipso quidem corrupto incolon resudat & insidet in collū vesice & inficit vrinā. vnde liuet quod distinguitur quia tunc vrina turbulenta est & intensa. Ex sanguine si magnus est fluxus. Ex emoroidibus manifestū est. Ex lumbricis qui cōtenti sunt in intestinis & in voluti in flegmate quod est eorū materia cuius flegmatis corruptio in vesicam redūdat & inficit vrinā quod distinguitur ex remissa vrina & spissa & albis & longis resolutionibus ex frigiditate condensante illas vel ex colore lumbricorum. Et ex illiaca vel collica passione liuet vrina quod distinguit᷑ extorsione illarum priū. Ex vitio matricis liuet vrina tribus de causis: vel ex humoribus vel ex fluxu menstruorum vel ex retentione ipsorum. Si ex humoribus tunc distingue quia vrina est. spissa & remissa & corpuscula sunt liuentia in modū loture amidi per vrinā diffuse. Grauedo circa partes illas sentitur. Ex fluxu menstruorum liuet vrina vt in emoroidibus. Ex retentione etiam menstruorum ex quorum impuritate īficit vrina. Ex vitio vesice liuet vrina tripliciter: opilatione: excoriatione & ruptura. Si ex ruptura manifeste distinguitur quoniā vrina spissa & pondus circa pectinem sentit᷑ Si ex opilatione vel calefactione vel ex humore vel a cancro vel ficu. Si ex coriatione: furfura minguntur & quādoque mingit᷑ sanguis. Ex vitio sinthomathū liuet vt ī arthetica propter stillicidiū. Et in emittriteis ex duplicitate materiei. Ex perturbatione humorum vt in continuis. Ex apāte spiritualiū: vt in pleuresi & empimate liuescit. ex adustione. Nā aereis partib9 & subtilibus euolantibus remanēt terrestres & grosse vnde liuet ex frigiditate. ¶ Dolor articularis. idest passio. ¶ Consumptumptina ptisis. idest que fit ex vlcere pulmonis. ¶ Vis extinctiua caloris. idest mortificatio vt in medio emittriteo & in maiori. ¶ Liuoris cause quas. .s. causas. ¶ Collige. idest perpende o tu medice signis scilicet specificantibus per collectionem aliarum circunstantiarum.

Specificatio per alias conditiones de liuido colore.

Paucula vis micta liuens oleagina mortem.
Stranguriam monstrat liuida pauca frequens.
Liuida cum granis seiunctis atque minutis.

Constanter loquitur spirituale malum.
Liuiditas athomosa malum probat articulare.
Est quoq; reumatici nuncia fida mali.
Vertebra si matrix compresserit aut diafragma.
Inficit vrine liuidus ora color.

¶ Expositio. ¶ Paucula. Supius dixit auctor ꝙ liuidus color apparens in supiori pte vrine habet significare supra varias: ⁊ diuersas causas: Hic specificat p alias conditiones adiunctas ⁊ ſm hoc ponit regulas: quaꝝ prima talis est. Quotienscunq; videbis vrinam liuidam in colore cū difficultate mictam paucam in q̄titate: ⁊ oleaginosam ⁊ vnctuosam potes tūc mortem proculdubio iudicare. Et nota ꝙ liuiditas prouenit: vt dictum est: ratione mortificationis: cū difficultate autem micta prouenit ratione desiccationis meatuū ⁊ viaꝝ. Pauca rōne ꝯsumptionis mēbroꝝ. vnctuosa ratione liquefactionis pinguedinis. Talis ḡ vrina significat morté. ¶ Stranguriā. Alia regula talis vrina liuida pauca ⁊ frequenter micta significat stranguriā: rationes declarant in cōmento. ¶ Liuida cū granis. Alia regula. Vrina liuida apparens cū granis minutis ⁊ sepatis frequenter significat in membris spūalibus passionem. ¶ Liuiditas. Alia regula. Vrina liuida cū resolutionibus athomosis significat in articulis passionē. ¶ Est quoq;. Dicit ꝙ hec eadem vrina cū resolutionibus athomosis significat fideliter fluxū humoꝝ ex reumate. ¶ Vertebra. Alia regula. Vrina liuida in supficie vrine significat compressionem matricis sup alterum vertebroꝝ: aut compressionem diafragmatis: ⁊ hoc est qđ dicit de liuido colore. ¶ Cōmentū. ¶ Paucula hic ponunt specificationes predictaꝝ causaꝝ quomodo determinari habent ex alijs circunstantijs: Liuor nāq; pticularis ⁊ vniuersalis non determinant passionem nisi collectione facta aliaꝝ actionū vel occasionū. sed ex alijs adiūctis est magis veridicus ¶ Paucula. ex membroꝝ consumptione qđ est signū vehementie caloris membra cōsummentis ⁊ humoꝝ materiā depascentis: vñ consumpta humiditate: ⁊ succositate pauca remanente: ⁊ redundante ad epar vrina nō potest multiplicari. ¶ Vix micta. ex meatuū desiccatione: ⁊ vrine indigentia. ¶ Liuens. ex mortificatione vicinante vel mediāte. ¶ Oleagina. idest vnctuosa ex pinguedinis eliquatione: talis inq; vrina mortem significat: Hec supradicta vrina si liuida: cum paucitate ⁊ frequentia: significat stranguriā: Stranguria est guttatim vrine effusio ex opilatione colli vesice: vel eiusdem accuitate. Liuida est in stranguria: q: spiritus trāseunt p locū opilationis ⁊ ideo trahit infectionem liuoris ex corruptis humoribus. Pauca est propter emfrasim idest opilationem grossoꝝ humoꝝ ⁊ viscosoꝝ: vnde nō pōt vesica sufficienter se exonerare in vna vice ex vrina. Defectū autem q̄titatis supplet frequentia effusionis: ⁊ ideo pauca est: ⁊ frequenter micta. ¶ Cū granis. idest in circulo manentibus: ⁊ in vrina residente pmanentibus: Nam si statim euanescerent tūc potius ex alia

cā fierēt:q̄ꝫ ex cā reumatica. ¶ Minutis. .i. puis in q̄titate. ¶ Spi-
rituale malū. .i. passionē spūaliū mēbroꝝ ⁊ toracis. ¶ Athomosa. .i.
ex athomosis resolutionibus plena albis rotūdis: ⁊ minutis. Sed quare
sunt albe rotūde ⁊ minute in capitulo de albis ⁊ minutis expedietur ⁊ ex-
ponetur. ¶ Articulare malū. idest articuloꝝ passionē. ¶ Vertebra.
idest passiones matricis quādo magis solito declinat in altero vertebroꝝ.
vnde fit cōpressio ex compressione vertebri. Et sic a matrice fit dolor ⁊ ex
dolore puocatio reumatis supflue materiei: ex quibus liuescit vrina. vn̄ si
matris ex sui dissolutione sursum diafragma cōpresserit vrina liuescit etiā.

Sequit̄ de colore albo cū tenui substātia.

Albo subtilis vrina iugata colori.
Splenem: idropem: crapulam: nefresim: freuesim: diabetem.
Artheticam: coleraꝫ nigram: pedicon: scotomiam.
Epatis algorem: cum febris caumate mortem.
In sene vim fragilem vel defectum puerilem.
In lesis humeros: aut collum lippotomiam.
Quartanam febrem: declarat ⁊ amphimerinam.
Matricis varias notat in muliere querelas.
Hec emoroidas: ⁊ condilomata signat.
Vt se iudicij fallax non inserat error.
Talis cruda potest atꝫ indigesta vocari.
Clarior alba crisi non precedente: profanam.
Continuo frenesim: frenesis mortale propinquat.

¶ Expositio. ¶ Albo subtilis. Supius determinauit auctor de co-
loribus vrine mortificationem ⁊ caloris adustionem significantibus: nunc
ꝯsequenter ingredit̄ de coloribus significātibus indigestionem. Et primo
de albo colore cū tenui subā copulato ostendens de ipso colore albo quid
habeat significare ponendo regulas ⁊ specificationes ex alijs ꝯditionib9:
ꝟm q̄ valde bene scribitur in cōmento. ¶ Cōmentum. ¶ Albo subtilis.
¶ Exequuto tractatu de coloribus significātibus mortificationem. Nūc
exequitur de coloribus significātibus indigestionem: ⁊ primo de albo ꝟm
ꝯiugationem albi coloris ⁊ tenui subē. s. ex quibus causis color albus fiat:
⁊ q̄uo varietur ꝟm diuersitates subiectoꝝ. Et quid sit causa tenuitatis ad
p̄sens p̄termittimus: ne dū introducentes lectoris tediosi siue litigiosi pri
micias offendamus. In hoc aūt capitulo distinguunt̄ signa albe ⁊ tenuis
vrine: quaꝝ significationes ⁊ specificationes ex circūstancijs debemus p
pendere. ¶ Vrina subtilis idest tenuis in substātia. ¶ Iugata. .i. co-
pulata significat. ¶ Splenē. .i. spleneticā passionē. Splen enim nomen
est membri ⁊ passionis: In splenetica passione vrina alba est: ⁊ subtilis. i.
tenuis cū quadā radiositate multitudo eueniens ex hijs tenuis innat. Et

tenuis cū quadā radiositate multitudo eueniens ex bilis tenuis iuuat. Et apud Theophilum. Urina alba ꝛ tenuis ꝛ multa amphimerinā deficientem significat. ¶ Querelas matricis. Idest passiones ex quibus mulieres ꝯqueruntur: eas maxime que fiunt ex retentione menstruoꝝ spāliꝫ si apparent cū squamis ꝛ nigris resolutionibus qđ significat retentionem mlı̄ci humoris scilicet sanguinis qui niger est ꝛ terrestris. ¶ Emoroides ꝛ ꝯdilomata. idest morbū existentem in anno vel apostemata in anno vel circa annū parua. Emoroides sunt nomen passionis ꝛ membri. Quedam enim vene emoroide dicunꝫ: que a chili vena exorte ad pudendū circulum terminanꝫ: que vene quādoq; tumescunt ꝛ distendunt ex multo sanguine in eis aggregato: ꝛ quādoq; rūpunꝫ: ita ꝙ ab eis fluit sanguis per incontinentiā: ꝛ talis fluxus diciꝫ fluxus emoroidaꝝ. Alba ꝛ tenuis vrina. si arbo mose ꝛ pulueree resolutiones in fundo appareant. significat emoroidas ꝛ similiter attricas ꝛ ꝯdilomata. ¶ Ut se iudicii. Hic assignatur generalis significatio albe ꝛ tenuis vrine. Si enim fallaciā iudicii incurrere non velis: per talem vrinā significare debes indigestionem ꝛ debilitatem naturalis caloris ꝛ accidentia que ex indigestione emergi ꝯsueuerunt: sicut vētositatis interclusionem: ꝛ ipocundrioꝝ tensionem: ventris ꝛ laterū inflationem: grauitatem crurū ꝛ coxaꝝ ꝛ pigriciā totius corporis tā ad sensum ꝙ̄ ad motū voluntariū. grauedinem ꝛ malā dispositionem capitis ꝛ precipue sinistre partis. Interclusio ventositatis fit quia cū calor debilis sit: resoluit humores ꝛ resolutos non ꝯsummit. vnde ventositas interclusa turbulenta generatur que pulsans ipocundria ꝛ in ipsis attracta rōne vacuitatis ipsa distendit: ꝛ ex inde fit inflatio ventris: ꝛ lateꝝ ꝛ coxaꝝ grauitas adest: quia spiritus ex quaꝝ motu leuitas membroꝝ efficiꝫ ex fumosa nebulositate a crudis humoribus resoluta: torpidi ꝛ obtusiores effecti in suis motibus impediunꝫ: vel sup̄fluitates que ex defectu naturalis caloris in nutritiuis generanꝫ vel motu sue grauitatis inferius difluentes musculos coxaꝝ ꝛ tibiaꝝ aggrauant: ꝛ in eis quasi sarcina quedā sentiꝫ. Fumositatibus etiā ad sensuū instrumenta respirantibus: caloris naturalis actio negociaꝫ circa locū: in quo cōmune materia passionis. vnde locus secunde digestionis crudificaꝫ: ꝛ vrina dealbaꝫ. Est aūt tenuis quia lumbis ꝛ renibus cōpressis ꝛ coartactis vrina subtilior eliquatur a calore: ꝛ a substantia spoliaꝫ: ꝛ ideo tenuis ꝛ alba occurrit. ¶ Frenesim. Sic specificaꝫ: si in febre accuta: p̄cedente vrina rubea vel subrubicūda: non p̄cedente aliquo signo digestionis vel decoctionis materiei: non facta aliq̄ determinatione cretica: vel p sudorem vel p fluxū sanguinis de naribus: vel p ventris solutionē: vel p q̄cūq; aliā creticā determinationē: si postea appareat alba ꝛ tenuis significat raptū materie ad supiora: que actione caloris leuigata ad pāniculū cerebri primū exalat: vel ascēdit. Fit igiꝫ alba: q2 nutritiua mēbra ꝛ spūalia: aīatis mēbris tāq; nobilioribus cōpacientia: ad iuuamentū eoꝝ spiritū ꝛ naturalem calorem delegant: vnde spiritu ꝛ calore depauperata frigescūt. Et ideo calore absente: vrina discolorata in eis apparet. q2 mate

ria que ꝑ sui presentiã solebat vrinã colorare. rapta superius ꝑ sui absen-
tiã: contrariã facit dispositionem. Et notandũ ꝙ si ex fluxu sanguinis sup-
ueniente per nares aut multo sudore in capite facto frenesis quieuerit. Et
vrina tenuis ⁊ alba permanserit: significat mortem. Unde Theophi. i ca-
pitulo de alba ⁊ tenui vrina: postea subiungit. Si vero vrina talis fuerit
⁊ febris ꝑmanserit: eger ita dispositus moritur. ¶ Diabetem. .s. signi-
cat alba ⁊ tenuis vrina specifice. Si multa sit in quãtitate ⁊ frequenter mi-
cta: ⁊ cũ carneis resolutionibus. Alba est: q2 aquositas secũde digestionis
continue incessanter ab epate ꝑ venas capillares ⁊ a renibus sugit. ꝑ di-
stenpantiã caloris ⁊ siccitatis: vnde uiget in eis virtus attractiua ⁊ deside
rat refocillari ex attracta humiditate. Urina ergo non põt tantum morari
in epate per continuũ transitũ: quousq; plenariũ recipiat calorẽ. Sed cru-
da ⁊ in digesta deriuat̃ ad renes. In renibus autem nõ habet colorari vri-
na: precipue cũ ibi morã non faciat: vel paruã in eis morã faciat. Sed per
poros euritides qui ex calore rarefacti sunt ⁊ relaxati statim resudat in ve
sica m: ⁊ ideo sepe ⁊ in multa quãtitate mingit̃. Est aũt diabetes immodera-
ta vrine effusio ex distempantia renũ in caliditate vel frigiditate. Fit autẽ
ex ĩmoderato coitu vel cursu vel labore vł saltu. Hec vrina repleta est car-
neis resolutionibus albis ⁊ oblongis: quia substantia renũ ex vehementia
caloris dissoluitur. ¶ Artheticã. Scilicet significat alba ⁊ tenuis vrina
specifice cum athomosis resolutionibus albis rotundis ⁊ minutis causas
singulorum in capitulo de contentis assignabimus. Sed quare fit vrina di
scolorata in artetica queri potest. Et respondemus ꝙ materia vrine nõ est
contenta in epate sed circa extrema vbi est causa passionis. Si querat̃ ite-
rum. quomodo resolutiones ille admisceantur vrine cũ materia sit conten-
ta in pede. Respondetur ꝙ hec est causa quia virtus expulsiua vnius mẽ-
bri est attractiua alioꝝ per continuos meatus: scilicet expellendo adiuuat
alia membra in attrahendo. Et sic ex virtute illius membri expulsiua: ⁊ ex
virtute attractiua alioꝝ membroꝝ per continuos meatus resolutiones il-
le reuertuntur ad vias vrinales ⁊ vrine admiscentur. Fit etiã artetica ex
distilatione reumatice materie a cerebro ad partes ĩferiores ⁊ maxime ad
istas q̃ mobiliores sunt ⁊ nodosiores: in quibus ratione mobilitatis: ⁊ no-
dositatis fortior est virtus attractiua. ¶ Colerãq; nigrã. Idest melan
coliam tenuis ⁊ vrina alba significat excessum melancolie aliis conditioni-
bus circunscriptis. Alba est ex frigiditate melancolie: quoniam frigidita-
tis est dealbare. Tenuis est ex siccitate quoniam siccitatis est attenuare.
Nota ꝙ melancolia dupliciter disponit vrinam. s. scðm sui qualitatem ⁊ se-
cundũ hoc reddit eam albam ⁊ tenuem glaucã: vel albam ex frigiditate: te-
nuem ex siccitate. secundũ substantiam disponit etiam vrinam ⁊ tunc red-
dit eam nigrã ⁊ spissam ex sui commixtione sicut fit in solutione quartane.
¶ Pediton. Idest epilepsiam significat alba ⁊ tenuis specifice cũ qua-
dam plumbeitate ⁊ obscuritate substantie: que habet fieri propter compas
sionem animatorum membrorum. Discolorata est in epilepsia quia na-

tura compatiente membris animatis ⁊ non intenta circa epar: digestio cru
dificatur: ⁊ vrina dealbatur. ¶ Scotomiam. Idest tenebrositatem ocu
lorum vertiginem significat alba ⁊ tenuis vrina: vel glauca: ⁊ maxime si
multum sit limpida ⁊ clara cum quadam viriditate ⁊ luciditate. ¶ Scoto
mia nam𝔮 potius fit ex humore melancolico ex quo resoluto grossa fumosi-
tas ⁊ nigra ascendens cerebrum inficit: ⁊ spiritum visibilem obscurat. Est
autem alba propter multam frigiditatem: clara est ⁊ limpida propter ni-
miam siccitatem. ¶ Epatis algorem. Idest distemperantiam epatis
in frigiditate. Unde impedit digestionem propter frigiditatem epatis
aquosi ⁊ crudi generantur humores. Unde vrina albificatur. ¶ Cum fe
bris caumate. Idest ĩ febre acuta causonica ⁊ augmastica significat mor-
tem alba ⁊ tenuis vrina. Sed distinguitur si talis appareat: aut in princi-
pio: aut in augmento: aut in statu: aut in declinatione. Si ergo in princi-
pio talis appareat significat cruditatem materiei: ⁊ debilitatem caloris
naturalis: ⁊ prolixitatem morbi. Unde ex tanta morbi prolixitate: natu-
ra afflicta ⁊ debilitata infirmus subcumberet. ⁊ inde timendum est de in-
firmi defectu ⁊ hoc precipue si adsunt alia mala signa. Sed forti existen-
te natura ⁊ aliis bonis signis concurrentibus non significat mortem sed
salutem, ⁊ terminationem futuram per apostema factum sub diafragmate.
Si talis vrina appareat in augmento vel in statu precedente rubicunda:
duo potest significare. Aut significat frenesim. Aut extinctionem caloris
naturalis propter consumptionem naturalis humiditatis: que deficiente
sibi nutrimento anihilatur. Unde vrina discoloratur: ⁊ vtrun𝔮 signum
est mortale. Si in declinatione talis appareat. vrina precedente cretica de
terminatione signum est salutis ⁊ cetera similia. ¶ In sene vim fragi-
lem ⁊c. Idest defectum virtutis ex senectute ⁊ imbecilitate caloris natu
ralis significat vrina tenuis ⁊ alba. ¶ Uel defectum puerilem. Idest
defectum nutrimenti in membris. ¶ Lippotomiam. Idest sincopim si
gnificat alba ⁊ tenuis vrina. Et prouenit ex grossa fumositate resoluta a
crudo humore ⁊ melancolico qui respirans intus ad spirituales meatus
comprimit ⁊ suffocat spiritum vitalem in corde: qui oppressus caloris be-
neficium non potest impendere: ⁊ conferre partibus extremis: ex quo
non ascendente ad cerebrum cum non temperetur spiritus animalis ces-
sat sensus in corpore: et motus voluntarius: ⁊ corpus animalis quasi mor-
ꝛ kianos. Hic agitur de colore viridi. Iste enim color viridis in vrina significat adustionem. Et adustionis tres sunt termini. s. primus: medius: et completus. In principio adustionis apparet vrina in colore kianos. In medio viridis: ꝛ significat dominiū colere prassine ꝛ eruginose. in fine adustionis. Urina ergo viridis in colore apparet quandoq; multa quandoq; pauca. Si pauca viridis mortem significat miringas extendens: cerebrū flagellat. Adest sitis immoderata: que nullo potu quiescit: ꝛ hoc est propter nimiā feruiditatem colere os stomachi adurentis: quādoq; est nigredo lingue propter adustionem. Et est nimius calor ex eadem colera: etiā est insomneitas ex desiccatione cerebri. Somnia lampadaꝝ ꝛ corpoꝝ ignitorū. ¶ Reuersa. .i. contrario disposita vt sit spissa magis q̄ tenuis. ¶ Certior est testis. quia cum sit intensior magis insinuat incendiū materici.

De colore inopos ꝛ kianos.

Si color est inopos fert detrimenta salutis.
In febre continua. minus est sine febre verenda.
Nam renes: vel epar succendit causticus humor.
Aut est rupta chilis: aut fracto vase resudans.
Menstruus elicitur mulieris corpore sanguis.
Talem disponit insano corpore saltus.
Aut nimius coitus: cursus: labor immoderatus.
Nec est degenerans kianos a lege prioris.

¶ Expositio. ¶ Si color est inopis. Postq̄ dictum est de colore rubeo ꝛ rubicundo: hic consequenter agit de colore inopos ꝛ kianos: et isti duo colores eodem modo iudicantur. Color inopos est sicut vinum nigrum. Sed color kianos magis profundam habet nigredinem: ꝛ etiam multos colores: quia in vna parte est rubicundi coloris ꝛ in parte nigri. et in parte liuidi vel viridis. Regula vrina in colore inopos vel kianos in accutis febribus ꝛ peracutis pessima est: ꝛ mortem significat: quia significantur sinthomata egritudinis ita esse vltimata: q plus vltimari non possent: manente substantia. vnde si primo appareat rubicunda vel subrubicunda: ꝛ postea in opos vel kianos sine dubio malum signū est ꝛ mortale. ¶ Minus est sine febre. Alia regula. Si talis sunt igitur tres species ictericie. s. ictericia viridis modo dicta: ictericia nigra que per meloncbiriō dicitur a melon quod est nigrū ꝛ chiros qđ est manus vel chiros quod est humor. Et ictericia crocea que generali vocabulo vocatur restricto a specie ictericie: ictericia nuncupatur. Item vrina viridis in fe. accuta appens significat sphasmū ex manitione ꝑpter cōsumptionem humiditatis substātialis ratione predicta. Eadem vrina maiorem emittriteū significat ꝛ ideo valde periculosa est. ¶ Agriacā. idest ictericā viridem. ¶ Spasinum. Ex natione. ¶ Maiorem. scilicet emittriteum. ¶ Deniq;. idest ad cō-

plementum malicieі. ¶ Mortem. idest mortificationem nature: et extinctionem caloris naturalis: deficiente fomite naturali. ¶ Prassino. idest viridi prassium namque marrubium dicitur: et tunc colera prassina dicitur: et est sensus. ¶ Prassino tincta colore. idest confecta virore eius tracto ex colera prassina: vel virore emulo colori prassii. Et hic tractatus terminatur de coloribus Post viridem sequitur niger color. Sed de illo expeditum est in primo capitulo de coloribus.

Incipit capitulum de contentis. Et est secunda pars principalis.

Sepius artificem deludit forma coloris.
Et fraudat plerumque fidem censura liquoris.
Est in contentis rata lex: discretio certa.
Judicii constans regula: vera fides.
Cetera postponens nature conscius actor.
Hinc ipocras veri semina firma trahit.
Nunc contentorum seriatim forma notetur:
Ut proprios teneant significata modos.

¶ Expositio. ¶ Sepius. Hic incipit secunda pars principalis huius libri. Et cōtinuatur hoc modo precedenti parti. determinatum est de vrina considerando colores et substantias vrinarum. Hic vero determinatur de contentis vrinarum. vnde sententia istorum duorum versuū est ista multotiens color ipsius vrine et substātia eiusdem deludunt medicum: et decipiunt ipsum cuius ratio est quia color et substātia vrine multotiens apparent: nec illi humori qui est causa egritudinis attestantur: quia color cum sit accidens superficiale faciliter recipit alterationem: et substātia vrine q̄ cum debeat tenuis apparere apparet spissa: Et cum spissa: apparet tenuis propter stricturā vel largitatem pororum et viarum: et etiam propter digestionem materie et indigestionem. ¶ Est in cōtentis. Sed ex inspectione contentorum habetur certum: et verum iudicium de infirmitatibus. Et ratio est: quia contenta aut continent in ipsis membris: aut sunt particule eorūdem: et ita habetur iudicium magis certum et firmū. ¶ Cetera postponens. Hic probat auctor auctoritate benedicti ipoc. qui in libro pronosticorum rarissime cōmemorans substantiam et colorem vrine: de ipsis contentis doctrinam tradit: nunc de furfuribus: nunc de crinoidibus: nunc de squasmis. ¶ Commentū. ¶ Sepius artificem. Executa prima particula sui operis in qua egit de vrinis secundum diuigationem colorum et substantiarum aggreditur auctor secundam particulam: in qua distinguitur de contentis: quorum inspectio fidelis est ad discernendum habitudines interiorum membrorum: magis q̄ colores et substantias. Color enim vel substātia multotiens aliunde deriuatur: nec humori attestatur qui est causa egritudinis. Color siquidem vmbratile accidens est et superficiale:

ideoq cito euanescit propter quācunq corporis alterationem: Immutat etiam substantia vrine propter pororum constrictionem vel largitatem: ꝛ ppter digestionem materiei vel indigestionem: vnde cum debet esse spissa substantia quādoq attenuatur. Et cum debet esse tenuis inspissatur. Sed ex differentiis contentorum certius eligitur iudicium de passionibus corporum: Contenta siquidem in vrinis: aut sunt contenta in ipsis mēbris: aut sunt particule ipsorum membroꝝ: ideoq firmiorem habet consistentiā ꝛ significationem. Quod autem fideliora sint nunctia contentoꝝ pbatur auctoritate ipoc. dicentis in pronosticis ꝛ in amphorismis quādā regulariter ↄstituentis doctrinā: qui potius ↄtenta conmemorat q̄ substantiā ꝛ colorem nunc de furfuribus: nunc de crinoidibus: nunc de pilis: nunc de squamis: nūc de sanguine: nūc de sanie: nūc de globis īterserēdo: rarissime vero commemorat substantiā ꝛ colorē: q2 ea magis deludunt artificem: q2 supficiale accidens est: ꝛ a subtilioribus inest ptibus: q̄ cito euanescunt ab intrinsicis ꝛ substātialibus: q̄ firmius in cōposito pseuerāt: sicut est videri in rosa q2 sua roscitate cito viduat cū in aq̄ feruenti ponit: vel cū sulphure suffumigat. ¶ Censura. idest iudiciū. ¶ Liquoris. idest subē: In pueris enim vrina debet esse spissa: propter humiditatē etatis ꝛ tñ tenuis apparet propter stricturā meatuū ↄ opantē. ¶ Defraudat fidem. idest decipit. ¶ Nature. idest naturaliū causaꝝ: sub quibus ↄprehendimus q̄cūq a leuiori globo iuferius ↄtinent. ¶ Cetera. idest colorē ꝛ substātiam. ¶ Postponens. idest tāq inutilia ad iudicia reputans respectu ↄtentoꝝ: ¶ Hinc. .s. a ↄtentis. ¶ Nec ↄtentoꝝ. Postq̄ iudicii pro gationem de ↄtentis adduxit. ſm dogma ipocratis. agit auctor ad ponendum ↄtentoꝝ numeꝝ. ¶ Seriatim. idest ordinate rōne non a serio sed a serie. ¶ Significata. .s. ↄtentoꝝ. ¶ Modos. idest diffinitiones.

Enumerat contenta.

Circulus: ampulla: granum: nubecula: spuma.
Pus: pinguedo: chimus: sanguis: arena: pilus:
Furfura: crinoides: squame: partes: athomose.
Sperma: cinis: sedimen: spiritus: alta: petens.

¶ Expositio. ¶ Circul. Hic egidius enumerat ↄtenta in vrinis apparentia: ꝛ ſm istū ordinē enumerationis determinat de hiis in sequēti: ꝛ pº de circulo. ¶ Cōmentū. ¶ Circulus: Nūc enumerat auctor ↄtenta ſm ordinē ꝛ eodē ordine mādabit executioni de hiis: q̄ in hiis. 4. versibus enumerauit. Et singuloꝝ executionem declarat: ꝛ primo de circulo.

De circulo tractat.

Spissus in vrina si circulus est ꝛ aquosus.
Cellula posterior flegmate pressa dolet.

¶ Expositio. ¶ Spissus. Hic tractatur de circulo: nō ꝙ ipse circulus sit contentū in vrina: q2 est suprema regio vrine: sed q2 in circulo contenta in circulo incipiunt apparere. Est ergo regula talis. Urina apparens in circulo spisso: in substantia ꝛ colore simili aque: significat vltimā cellulā capitis flegmate aggrauari: propter hoc: q2 in illa parte suū habet dominiū.
¶ Cōmentū. ¶ Spissus ꝫm seriem ordinationis contentoꝝ: primo agit de circulo: nō q2 circulus sit contentū vrine. Est enim regio suprema vrine. Sed q2 cōtenta in circulo incipiunt apparere ꝛ cū circulo qdā distinguntur cōtenta. De circulo autem pōt queri: quare appropriet vrine: cum etiā in quolibet liquore circulus appareat: vt in aqua vino ꝛ oleo. Respōdemus sic nō appropriamus circulū vrine: ita vt ab aliis liquoribus excludamus. Quilibet nāqꝫ liquor in superficie circulū facit: ꝛ ex aquosioribus partibus ꝛ magis fluidis ꝫm formā vasis continentis in superficie naturaliter generatur. vnde in aqua vel vino in vase posita aliquo supereminet circulus. quia aquose partes ꝛ magis fluide: ꝛ que plus habent aeree commixtionis in superficiem tendunt: nec se a grauioribus cōprimi paciuntur. Pars etiā liquoris superior ex vicinitaᵗᵉ aeris interclusi inturgescit: ꝛ pp eandem rationē circulus in vrina apparet. Sed hic non videtur aliquid posse significari per circulū de consistentia cerebri: vel alioꝝ membroꝝ: cū etiā circulus cuilibet liquori continuari possit. Ad hoc dicimus ꝙ sicut testatur isaac cerebrū licet sit frigidū ꝛ humidum cum sit de genere pinguedinis ꝛ medulle: tamen actualiter est calidū. vnde cū liquidā habeat substātiā ꝛ fluidā: simili indigent nutrimento. In epate autem fit varia ꝛ multiformis sanguinis generatio ꝫm diuersitatem membroꝝ nutriendorum. Sanguis ergo liquidus. ꝛ leuis generatur: qui transmittitur sui liquiditate ad nutriendū cerebrum: ꝛ petit superiora: cuius sanguinis superfluitas: eius spissitudini ꝛ proprietati inimicatur. Unde longe fit liquidior ꝛ subtilior ꝛ leuior sanguine ipso: ideoqꝫ illa superfluitas effusa cū vrina tendit superius: ꝛ circulū facit. humiditas enim habet motū a centro inducendo latitudinis effusionem ad circunferentiā. Frigiditas habet motū a circunferentia inducendo cohartationem. vnde illi motus contrarii sunt: et currunt ad cerebrum. ꝙ crescit circulus augmentatur aut spissitudo circuli vel latitudo minuitur. hoc est ꝫm ꝙ cerebrū aquosiori sanguine vl' scciori: vel calidiori vel frigidiori nutritur. In forma autem circuli principaliter relucet consistentia cerebri: vtrū bene vel male nutriatᷣ: ꝛ vtrū ab aliq̄ distemperantia distribuetᷣ. Deseruit nāqꝫ circulus dispositioni animatoꝝ membroꝝ idest cerebri ꝛ miringaꝝ. Circulus nāqꝫ in substātia spissus: in colore remissus: declarat cerebrū comprimi ꝛ grauari oppressione materie flegmatice: ꝛ maxime circa posteriorem partem. i. occipitiū vbi est sedes ꝛ dominiū siue domicilium flātis. Q2 remissus sit circulus prouenit ex frigiditate: vnde debilitatur calor naturalis in cerebro: nec potest depurare sup̄fluitates vnde cerebrū turbatᷣ. Q2 est spissus hoc ꝓuenit ex humiditate: q̄ motū habet ꝫm diffusionem latitudinis. ¶ Spissus. .idest in substantia

dilatans ⁊ turgidus ⁊c. ¶ Aquoſus. ideſt in coloꝛe remiſſus vt quaſi aq̄ coloꝛem repꝛeſentent.

Sequitur de purpureo circulo ⁊ ſpiſſo.

Purpureus ſpiſſus affligit ſanguine pꝛoram.
Leuam felle nigro pallidus ⁊ tenuis.

¶ Expoſitio. ¶ Purpureus. Circulus vꝛine apparens purpureus ⁊ ſpiſſus primā ꝑtem capitis ſignificat affligi: ⁊ ſi talis circulus appareat ⁊ adſit puncto in naribus: ⁊ dolor frontis: ⁊ plenitudo venaꝝ: ⁊ videat īfirmo ꝙ ante ipſum ſint q̄dā coꝛpa rubea: tunc ꝓnoſticat ſanguinem de naribus exituꝝ. ¶ Leuam. ¶ Circulus palidus ⁊ tenuis ī ꝑte ſiniſtra ſignificat mlīā abundare: ⁊ ea affligi ibi enim habet dn̄iū humor melancolicus. ¶ Commentū. ¶ Purpureus. Poſt ſpiſſum circulū ⁊ remiſſum: agit de purpureo circulo ⁊ ſpiſſo: talis ergo circulus ſignificat abundantiā ſanguinis: ⁊ prorā moleſtari ex ſanguine. In prora nāq ideſt anteriori parte capitis ſuū ſanguis obtinet principatū. Q̄ eſt purpureus circuleus ſit ex ſanguinis feruiditate. ꝙ eſt ſpiſſus ex humiditate: vnde maxima immutatio cerebri ſignificat: ꝙ cū debeat nutriri ſanguine frigido ⁊ aquoſo: ad eius delegat nutrimentū ſanguis feruidus ⁊ eſtuoſus. Si vero fuerit circulus cū punctione nariū ⁊ dolore ventris ⁊ plenitudine venaꝝ: ⁊ eger putat ante ſe videre quedā corpora rubea fluxū ſanguinis de naribus ſignificat. ¶ Leuam. ideſt ſiniſtrā ⁊c. Hic agit de circulo remiſſo ⁊ tenui qui leuam partem cerebꝛi ſignificat procellari: ⁊ affligi ex melancolico humoꝛe: ī qua parte ſiniſtra cerebri viget melancolie dominiū. Q̄ eſt remiſſus: eſt ex frigiditate. Q̄d eſt tenuis eſt ex ſiccitate humoꝝ. Si talis circulus perſeuerauerit debent concomitari hec accidētia. ſ. ſuſpicio: puſillanimitas: timoꝛ: inſoni eitas ⁊ auaricia.

De circulo rubeo ⁊ tenui.

Dextera parte furit colere feruentis accumen.
Si tenuis fuerit circulus atq rubens.

¶ Expoſitio. ¶ Dextra. Circulus rubeus ⁊ tenuis ſignificat in dextra parte dolorem ex humore colerico ibidem abundante. ¶ Cōmentū. ¶ Dextera parte. Sequit de circulo intenſo ⁊ tenui. qui colerā declarat eſſe in cā: ⁊ dexterā ꝑtem capitis affligi. ꝙ rubeus eſt fit ex calore. ꝙ eſt tenuis ſit ex ſiccitate. ¶ Dextra ꝑte in q̄ ꝓcipue dominatur colera.

De circulo plumbeo.

Inſinuat ſenſus radicem mortificari.
Plumbeus: ⁊ ramis hinc nocumenta dari.

¶ Expositio. ¶ Insinuat. Hic determinat de circulo plumbeo. Circulus ergo plumbeus epilepsiam significat: et tanquam mortificationem ipsius cerebri: quod est radix sensus: et deinde ad reliquas partes corporis malicia transmutatur. ¶ Commentum. ¶ Insinuat etc. Sequitur de circulo plumbeo: qui significat epilepsiam et quasi mortificationem ipsius cerebri: et maliciam ad ceteras partes corporis propagandam. ¶ Radicem sensus. idest cerebri: quod est radix sensuum et neruorum. ¶ Ramis. idest neruis qui a cerebri radice producunt.

De rubeo circulo non simpliciter sed respectu liuidi precedentis.

De liuente prius si post rubeus videatur:
Exurgit cerebri natura: vigor reparatur.

¶ Expositio. ¶ De liuente. Circulus liuidus primo: si postea fiat rubeus: tunc significat conuersio mali ad bonum. et quod ipsa virtus cerebri confortat et melioratur. ¶ Commentum. ¶ De liuente Agit de rubeo circulo non simpliciter: sed per collationem liuidi coloris precedentis. Et est potius medium collatiuum quam absolutum. Nam si in apoplexia minori liuido circulo in vrina prius apparente: et in secundo die vel tertio: postea appareat rubeus: talis est mutatio dextri excelsi: et fit conuersio de mortificatione ad vite corroborationem: et de caloris extinctione: ad eius confortationem. ¶ Natura idest virtus regitiua. ¶ Exurgit. idest resurgere significatur.

Sequitur de viridi circulo.

Si formam causon in febre viroris adoptet.
Felleus ad motum frenesis succenditur humor.

¶ Expositio. ¶ Si formam. Determinat de circulo viridi qui appens in febre accuta inducit timorem de frenesi et de raptu materiei ad cerebrum. ¶ Commentum. ¶ Si formam. Sequitur de viridi circulo qui adustionem significat in accuta febre: vnde timendum est de frenesi futura ex superfluitate colere. ¶ Felleus. idest colericus.

De circulo tremulo.

Si tremulus fuerit spinalia membra grauantur.
Si niger extiterit vel mortificat vel adurit.
Preueniens virus aut liuor distinguit vtrunque.

¶ Expositio. ¶ Si tremulus. Circulus tremulus significat aggrauationem in membris spinalibus. ¶ Si niger. Circulus niger duo significat aut mortificationem et caloris naturalis extinctionem aut adustionem. Si morti

ficationem tunc pcessit color liuidus. Si adustionē tunc pcessit color viridis. ¶ Commentū. ¶ Si tremulus. Sequit de tremula circulo qui significat dolorē posteriorꝫ ptiū a mica vsqꝫ ad caudā qui etiā significat ꝙ circa illas ptes sit maxima neruositas ⁊ ita dolor q̄ exiens sui pte cū vrina et superius ascendens expellit circulum: vnde accidit tremor. ¶ Si niger. Hic agit auctor de circulo nigro q̄ significat mortificationē ⁊ adustionē vł adustiōis cplemētū. Sꝫ distinguit qꝛ si pcedat viridis significat cplemētū adustionis sed si pcedat liuidus color significat detrimētū mortificationis.

De ampulla in circulo vrine.

Non residens ampulla tumens viscosa coherens.
Morbi crudificat causam morbūqꝫ prolongat.
Et nefresim generat cerebrūqꝫ dolore molestat.
Rugitum vomitūqꝫ notat, ventremqꝫ solutum.

¶ Expositio. ¶ Non residens. Dicto de circulo: dicendum est de ampulla q̄ qdē ampulla est ɓm ctentū ɓm ordinē enumerationis supius factū. Et est ampulla spuma circulo coherens tumida ⁊ iflata ⁊ distenta ⁊ dillatā q̄ duplex est. s. pmanens ⁊ nō pmanens. De ampulla nō pmanēti nō determinat in medicina cū illa sit trāsitoria ⁊ facta p effusionē vrine vel etiā alterius liquoris ⁊ illa appellat ab isto auctore ampulla residens Ampulla vo pmanens est ista q̄ post effusionē ipsius vrine post longū tp̄s durat ⁊ pmanet: qꝛ ista ab intrinseca cā pcedit ⁊ generat ex humorꝫ pturbatione ventositate interius interclusa. Et iō qꝛ talis ampulla dispositionē humani corporis significat: determinat de ipsa ī medicina. Et ista ampulla ab auctore vocat nō residens idest diu pseuerans. Regula ḡ talis est de ista ampulla. Ampulla in vrina per longū tp̄s durans ⁊ pmanens tumida ⁊ dillatata et distensa ex ventositate interclusa ⁊ viscosa ⁊ coherentiā habens cū circulo. ita ꝙ cū baculo stupa inuoluto ⁊ in vrinali iposito de difficili pōt a circulo remoueri tūc talis ampulla significat morbi cruditatē. ⁊ ipsiꝰ longitudinē. ¶ Et nefresim. Ista eadē ampulla passionē renū significat. cā vo habetur in cōmento. ¶ Cerebrūqꝫ. Ista etiā ampulla significat dolorē capitis pp fumositatē a cruda materia resolutā ⁊ supius ascendentē ad cerebrū ⁊ miringas ipsius inflat ⁊ sic efficit dolor in capite. ¶ Rugitū. Eadē ampulla significat rugitū ex ventositate generata ⁊ uomitū ⁊ solutionem ventris. ¶ Cōmentū. ¶ Non residens ⁊c. Expedito tractatu de circulo agit de ampulla q̄ ɓm vrine cōtentū iuxta ordinē enumerationis est. Est aūt ampulla spuma circulo coherēs magis tumida ⁊ distēsione ptiū magis dillatata. Ampullarꝫ vo alia residens alia nō residēs. Residens est illa q̄ cito euanescit ⁊ illa generat ex ipetu effusionis. vn̄ ex q̄libet liq̄re sic ex aq̄ vel vino p̄cipue alicui vasi ipetuose infusa ampulla generat. Sed postea modico tpe reuoluto annihilat cito nec pstini statꝰ vestigia retinet ⁊ de tali āpulla cū sit

transitoria ⁊ non ꝑmanet. non agit phica qꝛ non est necessaria ad demonstrandū habitudinem humani corꝑis qꝛ non fit ex aliq̄ ꝑturbatione humorum sed tm̄ ex aere exteriori. Ampulla vero residens est q̄ post effusionē vrine diu ꝑseuerat qꝛ ab interiori causa ꝯsurgit. s. ab humoꝝ ꝯturbatione ⁊ motione intus clausa ventositate. Et de tali ampulla hic agit. qꝛ dispositionem humani corporis designat. Unde de ampulla talis datur regula. Ampulla in vrina diu ꝑseuerans humida ⁊ dillatā distensa ex ventositate interclusa viscosa ⁊ coherentiā habens cū circulo ita ꝙ baculo stupa inuoluto in vrinali vase imposito vix potest a circulo remoueri talis significat cruditatem materiei ⁊ morbi prolixitatem ⁊ nefreticam passionem ⁊ capitis dolorem. Qꝛ non est residens per hoc cause permanentia ⁊ malicie radicatio designatur. Qꝛ vero est humida ⁊ in ꝑtibus dillatā per hoc ventositatis grosse interclusio significat. Qꝛ est coherens ex viscositate materiei progreditur. Talis ergo cruditatem materiei portendit. Cruda nāq̧ materia ⁊ frigida actione caloris cum non possit plenarie excoqui ⁊ digeri resoluit in grossam ventositatem q̄ resoluta ⁊ a debili calore non ꝯsumpta ꝑtibus humidis intercludit ⁊ per meatus continuos epatis ad epar accedens supfluitati secūde digestionis admiscet. Post modū cum vrina purgatur. Eadem ampulla significat morbi ꝓlixitatem: vbi nāq̧ est materiei cruditas: morbi ꝓlixitas ꝯcomitatur. Eadem significat nefresim idest passionem renū. Cū igitur crudi humores ostendūt esse in causa qui cū renibus habent siītudinē renes enim frigidi sunt ⁊ a fonte caloris remoti: cū sint frigidi ⁊ materia sit frigida cū substātie ⁊ grauitate cōpressionis siītudinem cum sanguine renis nutrituro attrahit illa materia ad renes que cū non possit ꝯsummi qꝛ multa est ⁊ qꝛ calor est debilis in renibus preter naturā supflua remanent ⁊ nefresim inducit. Eadem etiā ampulla capitis dolorem monstrat qꝛ ventositatem interclusam indicat qꝛ fumositas a cruda materia resoluta a sui leuitate supius respiret dolorem inducit capitis ⁊ miringas cerebri distendit hāc autem regulam ⁊ methodum trahimus ab Ipocrate in septimo amphorismorum. Ait enim ipocrates quibuscūq̧ ampulle in vrina supnatant hiis nefresim significat ⁊ longam egritudinem fore. ¶ Non residens ampulla. idest diu permanens post vrine effusionem ad differentiā eius que fit ex impetu effusionis. Et talis non est vtilis ad ꝓnosticandū circa corpus humanū. ¶ Tumida. idest turgida ⁊ inflata. ¶ Uentosa. idest multa ventositate distensa. ¶ Coherens. idest inuiscata circulo. ¶ Propagat. idest prolixat.

De granulis.

Granula reumatice semper sunt nuncia cause.
In circi serie si granula fixa tenentur.
In cerebro secreta latet confusio morbi.
Si subsistent depressa parum nec mota regressum.

Accelerent capiti loca proxima percutit humor.
Pronior ad partem fit fluxus debiliorem.

¶ Expositio. ¶ Granula. Determinato de ampulla ex consequenti determinat de granulis. Granula sunt quedã grana parua spuma intercisa et in circulo diuisa in multas ptes ipsius circuli. Regula est illa. Granula significant fluxũ humorum a capite ad aliquã ptem corporis inferiorem descendentiũ. Cũ ergo reuma fluat et descendat a cerebro membro frigido et humido: fm illam ptem debilem ad quã fluit accipit denominationẽ sicut declarat in commento. ¶ Circi. Si granula fixa pmaneant in circulo tunc ex hoc significat quod in cerebro morbi materia continet. ¶ Si substent.

Si illa granula pmaneant sub circulo et motu vrinali ad circulum non ascendant fm quod magis vel minus depressa sunt sub circulo sed hoc significatur dolor membrorum capiti propinquorum vel elongatorum. ¶ Premior.

Hic reddit vna causa ex pte membri recipientis et est debilitas membri quia cũ ipsum membrũ sit debile sine dubio nequit repellere materiã ad se missam et possumus itelligere p hoc fortitudinem membri impellentis. Et ista est prima causa fm Jabanitiũ: in commento secũda causa et tertia traduntur. s. abũdantia materie et largitas pororum. ¶ Commentũ. ¶ Granula &c. Post ampullã agit auctor de granulis. Sũt aũt granula quedam grana spuma intercisa et seiuncta in circulo idest in diuersas ptes diuisa. Et huiusmodi granula attestant reumati idest fluxui humorum a capite ad aliquã ptem corpis. Cerebrũ nãque cũ sit frigidũ et humidũ et sit de genere putredinis et medulle nutritur frigido et humido nutrimento. Unde multa humiditas aquosa et fluida multotiens in cerebro exuberat cuius pars p mucillagies nariũ purgat: pars p sputũ et rascationes emictitunt. Si ergo contingat in cerebro continuã superfluitatem preabũdare fit dolor capitis extincta repletione naturalis caloris vt nec subsidiarius in illã materiã agere contendat ipsam in minutas ptes diuidendo. Ille particule ex incõtinentia ad ptes inferiores reumatizant et maxime ad eas quas debiliores inueniũt sibi vicinas et supposi.as. Si ergo materia moueat. ad stricturã nariũ facit corizã. Si ad oculos obtalmiã. Si sup oculos parum facit dolorẽ supciliorum. Si ad aures facit tinnitũ et ventositatem et surditatis preparationem. Si ad vuã facit eius relaxationem et raucedinẽ. Si ad os et linguã: oris et lingue vlceratiõnẽ. Si ad maxillares neruos facit dolorem dentiũ et gingiuarum. Si ad fauces nodos et brancos in gula. Si ad canales pulmonis et tracheã artariã facit tussim. Si ad pulmonẽ facit asma et disniã. Si ad intestiua lienteriã: vel diariã. Et tũc debẽt esse spumose egestiones. Unde ipo. qbus egestio. fumose fuerint hiis a capite defluit flegma. Si ad os stomaci dolorẽ et inflationẽ et idigestionẽ. In talibus enim debet ẽe circulus vrine granulosus. Huiusmodi enĩ granula signt distillationẽ reumatice materiei ad capitis ptes vicinas et pcipue ad debiliores quam reumatis impetus repellere non sufficiunt vel expellere non pñt. Modo enim

aliud mēbrū ledat tres pñt esse causę vt asserit Johanitius.s.fortitudo mē bri impellentis ⁊ debilitas recipientis:⁊ hec est pª cā. Scđa est materiei abūdantia. Tertia est largitas poroꝝ. Sed distingue q2 si ḡnula iacent in circulo ⁊ excussione vrine depressa reuertunt ad circulū cā in essentia epatis manere ostēdit. Si aūt depressa sint infra circulū nec ad circulū suū reciprocent motū prout magis ⁊ minus depressa fuerit inꝫ hoc dolorem inferioꝝ ptiū vicinaꝝ capiti vel remotaꝝ significat ⁊ grauedinē. ¶ Circi. idest circuli fixa ita q̄ si depressa fuerint ad circulum reuertuntur.

De nubecula.

Corporis aerei nubecula spiritualis.
Indicat offense vitium iecorisq; calorem.
Est ventosa vel incensi fit spuma caloris.
Nuncia particulis continuata suis.
Hoc color vrine probat ⁊ substantia spume.
Spiritus ingrossat attenuatq; calor.
Intercisa manens grauis distincta minutis.
In becilla graui reumate membra ferit.
Indicat ictericum vel epar portendit aduri.
Si nigra vel viridis vel quasi tincta croco.

¶ Expositio. ¶ Corpis. Dicto de ḡnulosis ꝯñter agit auctor de nubecula. Nubecula est q̄dā fumosa ⁊ vaporosa supfluitas generata actione caloris obscuritatem hñs ⁊ ita nebula cū sit leuis in vrina supius tendit ⁊ ipsam vrinā efficit obūbratā. Ista igit nebula duo significat.s.distempantiam membroꝝ spiritualiū ⁊ tūc debet esse q̄dā liuiditas ⁊ significat epatis calefactionem ⁊ spuma debet esse crocea. ¶ Est ventosa. Hic agit de spuma q̄ quidem multiplex est.s.q̄dā est granulosa de qua dictū est in capitulo de granulis. Et est q̄dā ampullosa de qua dictū est in capitulo de ampulla. Et est alia spuma ꝯtinua. de qua hic agit. Ista ergo spuma ꝯtinua duo significat.s.ventositatem ⁊ hoc cognoscit si color vrine sit discoloratus. aut si substātia vrine sit grossa. Significat etiā vehementiā caloris ⁊ ebullitionis ⁊ hoc cognoscit q2 color vrine est intensus ⁊ substantia subtilis spuma etiā crocea. signū est calefactionis. Unde spuma significationē habet in colore q2 quedā est crocea q̄dā viridis q̄dā nigra ⁊ ẜm hoc diuersa significat. ¶ Commentū. ¶ Corpis aerei. Post grnula agit auctor de nebula: Est aūt nebula q̄dā supfluitas fumosa ⁊ vaporosa actione caloris generata particeps obscuritatis que cū sit leuis ⁊ aerea emissa cum vrina eā obumbrat. Talis ergo nebula apparens in vrina significat distempantiā membroꝝ spiritualiū ⁊ occupat supficiem vrine que corpus aereū nuncupat ⁊ reddit vrinā participem quadā liuiditate. Talis etiam nebula apparens epatis calorem insinuat q̄d plenius certificat per crocei

tatem. ¶ Corporis aerei. idest in supficie. ¶ Offense spiritualium. idest passioni spiritualiū membroꝝ que sunt q̄si fornax ꝛ caminus totius caloris. ¶ Jecoris. idest epatis. ¶ Est ventosa. ¶ Post nubeculam agit auctor de spuma. Hic ergo per spumā intelligimus spumam carentē ampullositate. De spuma aūt ampullosa p̄misit. Spuma enim multiplex est. Alia est disiuncta ꝛ intensa ꝛ quibusdā generis distincta de qua agit auctor in caº goꝝ ꝛ hoc replicat de eadem ex incidenti gratia diuisionis. Est ꝛ alia spuma ventosa ꝛ ampullosa de q̄ supius ꝓposuit in caº de ampulla. Est alia spuma 3ª non granulosa nec ampullosa sed ꝯtinua ꝛ talis significat dominiū ventositatis aut violētiā caloris ꝛ ebulitionis. Hic distinguit per calorem vrine ꝛ testimonium ebulitionis: Cum vero vrina sit discolorata est augmentū indigestionis ꝛ ventositatis. Item sit subtilis ꝛ nimiū tenuis fit ex calore. Si croceitate participet fidele prestat argumentū incensionis. Item si spuma variat̄ ꝫm colorem qꝛ alia est nigra aut viridis aut crocea. Nigra enim significat melan'kirō aut epatis adustionem. Viridis agriacā. Crocea ictericiam croceā. ¶ Ventosa. ampullosa de qua dictū est ventositatis nūcia. ¶ Intensi coloris. idest incensiui. ¶ Spiritus. ventositas ingrossat spumam sua interclusione. ¶ Attenuat. idest ꝯsummendo ventositatē interclusam. ¶ Intercisa. de hoc dictū est: significat enim ictericiā nigrā vel viridem vel citrinā.

Sequitur de sanie.

Ulcera vesice sanies effusa fatetur.
v Aut renum scabiem si grauis adsit odor.
Ex epatis regione fluit sedimen saniosum.
Hoc dolor ꝛ partis actio lesa docet.

¶ Expositio. ¶ Ulcera. Hic determinat̄ de sanie que quidem sanies emissa in vrina significat vlcerationem renum aut vesice aut epatis. Et distinguitur quia sanies emissa a renibus vel vesica grauem odorem habet ꝛ in illis ptibus dolor sentit̄. Sed si ab epate sanies emictat̄ tūc dolor est in dextro ipocundrio ꝛ aggrauatio ꝛ virtus digestiua impedit.
¶ Cōmentū. ¶ Ulcera vesice. In h̄ caplo tractat̄ de sanie q̄ cū vrina effusa significat vlcerationem vesice aut renū aut epatis ex aliqua superflua materia in eius regione collecta. Sed vtrū a renibus vel vesica vel epate emictat̄ sic distingue. Nam a renibus vel vesica emissa grauitatem odoris portendit ꝛ in partibus illis. ꝛ locis adiacentibus dolor sentitur. Sed ab epate nequaquā. Sed in dextro ipocundrio pulsatio doloris ꝛ quoddam pondus percipitur ꝛ operatio digestiue virtutis impeditur. Hoc ergo elicimus ab Ipocrate qui in fine quarte particule dicit. Si pus mingat ꝛ squamas ꝛ grauis sit odor tunc renum aut vesice vlcerationem significat.

De pinguedine in vrina apparente.

Precedens olei formam resolutio pinguis.
Cum febre dissoluit totum:lumbos sine febre.

¶ Expositio. Hic determinat de pinguedine apparente in vrina:et dicit auctor quod illa pinguedo apparens in vrina aut est:cum febre aut sine febre. Si cum febre tunc significat dissolutionem totius corporis. Si sine febre significat dissolutionem fieri a renibus. De vrina pingui et vnctuosa et oleagina quando significat totius corporis solutionem aut dissolutionem renum Et quot modis dissolutio totius corporis a dissolutione renum distinguatur optime ponit in commento. ¶ Comentum. ¶ Precedens. Post santem sequitur capitulum de pinguedine. Hoc nomine pinguedo intelligit pinguis quedam et vnctuosa substantia a membris resoluta que emittit cum vrina vrina autem magis vel minus pinguis vel oleagina appet secundum quantitatem resolutionis maiorem vel minorem et secundum processum caloris in resolutione procedentis. In principio namque resolutionis ipsius pinguedinis apparet vrina oleagina quasi olei colorem habens in augmento vero est quasi oleum. In statu vero est vt ipsa pinguedo et ipsum oleum. Vrina ergo habens olei colorem in principio declarat liquefactionem et quasi aquosa at quod est vt oleum habet in se perfectiorem commixtionem olei. et talis est in augmento et significat processum et augmentum liquefactionis:sed que est oleagina et in colore et in substantia quasi ipsum oleum significat statum resolutionis et vltimam caloris dissolutionem. Tales quidem vrine ethice febres sunt familiares. Sed nota quod talis vrina apparet aut cum febre aut sine. Si cum febre significat dissolutionem totius corporis quippe cum febre morbus sit vniuersalis. Si sine febre particularem resolutionem significat renum et lumborum. In renibus namque et lumbis multa pinguedo circumuoluit et operit eos:qua pinguedine resoluta exeunte cum vrina copiosior fit emissio vnctuositatis quasi si a toto corpore emitteret. Hec enim prope vrinales meatus constituta est:et ideo cum sit multa et prope posita nec adsit calor consumptiuus quia est sine febre ex quo incipit resolui copiosius purgat. Sed illa que a toto corpore in minori quantitate emictit:tum quia est in ea febrilis calor qui eam consumendo eius minuit quantitatem:tum quia remota est a viis vrinalibus. Hec aut trahimus ab Ypo. vltima particula vbi ait. Quibuscumque pinguis ipostasis et globata est:his nefreticam et accutam significat egritudinem fore in prima specie fe. ethice. Pinguedo vrine distincta est per partes in superficie si est in viro carnoso non valde crasso. In secunda specie totam superficiem vrine occupat sicut tella aranea. In tertia specie pinguedo diffusa est per totum. vnde vrina fusa super lapidem rauco sonat sicut oleum. Pinguedo resoluta a renibus tribus modis distinguit a pinguedine totius. quia pinguedo totius non est tanta nisi forte in tertia specie ethice. Secundo distinguitur quia pinguedo renum statim apparet:post vrine effusionem que cum sit difficile miscibilis, de natura et sit decisa a partibus propinquis non cum

ea ꝯsociatur: ꝛ ideo vꝛine in commixta apparet: a toto coꝛpe decisa: ex vi decoctionis in epate cū vꝛina ꝑfectius admiscet ꝛ ideo fit minus apparibilis: q2 non cadit in vna ꝛ eadē pte ꝛc. Tertio distinguit q2 pingnedo renum non facit ad intensionem vꝛine nisi foꝛte epar sit calefactum. Sed ab omnibus membꝛis resoluta sit cum intensione vꝛine ꝛ tenuitate.

De crudo humoꝛe.

Humoꝛ in vꝛina fit summus pendulus imus.
Membꝛaqꝫ supꝛema ledit mediana vel ima.
Stranguriam nefresim residens facit atqꝫ tenasmon.
Nutritiua grauat medius diafragma supꝛemus.

¶ Expositio. ¶ Humoꝛ. Hic agit de crudo humoꝛe qui emictit cum vꝛina tria sunt que habent silitudinem. s. crudus humoꝛ: putredo ꝛ sedimen. Sed q̄uo discernant satis bene tradit in commento. Crudus ḡ humoꝛ emissus in vꝛina q̄n̄qꝫ occupat partem supioꝛem vꝛine: q̄n̄qꝫ ptem mediam q̄n̄qꝫ inferioꝛem ꝛ ſm hoc diuersis regionibus humani coꝛpis attestatur. Si enim occupat supꝛemā ptē tūc significat egritudinem pectoꝛis ꝛ membꝛoꝝ spiritualiū ꝛ diafragmatis. cōpꝛessionem. Si vero mediā occupat ptem tunc significat vitiū stomaci cum repletione supfluitatis ꝛ toꝛcio ventris ꝛ rugitus intestinoꝝ. Si inferioꝛem occupat ptem tunc renū ꝛ lumboꝝ ꝛ ptium adiacentiū declarat passionem vt stranguriā nefresim.
¶ Commentū. ¶ Humoꝛ ꝛc. Post pinguedinem agit de crudo humoꝛe qui purgat cū vꝛina. Et notandū est ꝙ tria sunt q̄ silitudinem immutatione ptendūt speciem sedimen. s. sedimen putredo ꝛ crudus humoꝛ. Est ergo diligenter discernendū sic. Si mota vꝛina sedimen in paruas ipostases resoluat ipostasis est ꝛ habet foꝛmā magis equalem non adeo interruptam. Est aūt ipostasis supfluitas tertie digestionis. Si vero mota vꝛina dissoluat in pingues ꝛ oleagines resolutiones ꝛ ipsa vꝛina fetida sit ꝛ mali odoꝛis significat ꝙ putridus est humoꝛ. Itē tale sedimen saniosum ꝛ inequale est ꝛ insipidum. Si aūt mota fuerit vꝛina in q̄sdā athomosas resolutiones dispergit cruditas humoꝝ intelligat. Crudus itaqꝫ humoꝛ cū vꝛina emissus aut supioꝛem occupat ptem aut mediā aut infirmā. Si supioꝛem obtineat declarat vitiū pectoꝛis ꝛ spiritualiū ꝛ cōpꝛessionē diafragmatis vt asma vel disma vel emotoica passio declarat. Si mediā obtineat ptem vitiū stomaci ex repletione supfluitatis vel toꝛcio ventris ꝛ inflatio ꝛ rugitꝰ itestinoꝝ idicat. Si ifirmā ptē obtineat passio renū ꝛ lūboꝝ ꝛ ptiū adiacentiū: tenasmon nefresis strāguria ꝛ tibiaꝝ ꝛ genuū doloꝛ manifestat.

De sanguinea vꝛina.

Ex vitio iecoꝛis trahitur mictura cruoꝛis.

Vesice aut renum vene chilis hec tibi plenum.
Prouida signorum doctrina facit reliquorum.
Fundit trumbosum vesica graue maculosum.
Et subsistentem modicum fetoris habentem.
Minctio fit pura vene chilis ex crepatura.
Et dolet a fine grauiter pars septima spine.
Si fluat a lumbis purus manat ꝫ sine trumbis.
Renum testatur id punctioq; commitatur.
Dextram dolor cruciat si fluxus ab epate fiat.
Et sanguis purus manat fomenta daturus.

Expositio. ❡ Ex vitio. Hic determinat de sanguine exeūte cū vrina qui q̄ttuor significat. s. aut vitiū epatis aut vesice aut renū aut rupturam vene chilis: ꝫ h̄ qd̄ dicit vsq; ibi. ❡ Hoc tibi plenū. Hic ponit specificationes cū aliis ꝯditionibus: ꝫ p° quādo ꝓcedit a vesica ibi. ❡ Fundit trūbosum. Hic specificat quādo sanguis ꝓcedit a vesica: q2 sanguis ille est trūbosus in modū globi ꝫ habet graue atq; fetidū odorem ꝫ in fundo residet ꝫ talis sanguis est spissior ꝫ ponderosior. Rōnes hoꝝ satis ostendunt in cōmento. ❡ Mixtio. Hic specificat quādo sanguis ꝓcedit ex ruptura vene chilis: q2 tūc sanguis est purus ꝫ maximus dolor sentit in septima spondili scd̄a ꝯnumeratione ab īferiori pte. ❡ Si fluat a lūbis. Hic specificat sanguis exiens a renibus q2 tūc sanguis est purus ꝫ nō est trumbosus ꝫ dolor ꝫ pūctio sentit in renibus. ❡ Dextra dolor. Hic specificat sanguis exiens ab epate ꝫ ī sanguis est purus sincerus ꝫ dolor in dextro ipocūdrio sentit vehemens. ❡ Renū vesice. Hic determinat de arenulis q̄ significāt passionē aut renū aut vesice. Renum si apparent rubee in colore. Vesice si apparent albe ꝫ h̄ sm colorē membri a quo deriuant. Est aūt notandū q̄ harene rubee q̄nq; apparent in pacientibus duplicē tertianā vel simplicē ꝫ maxime in hn̄tibus renes siccos pp discrasiā febrilē. Apparent arene rubee de calculo. Quid sit ꝫ qūo generat ꝫ q̄d sint cause generationis ipsius calculi satis in cōmento manifestū est inspicienti. ❡ Cōmentū. ❡ Ex vitio. In h̄ caplo agit auctor de sanguine q̄ncūq; cū vrina emictit. Sāguis ergo emissus cū vrina aut ꝓcedit ab epate ꝫ tūc debet esse purus ꝫ sincerus ꝫ in dextro ipocundrio sentit. Et talis sanguis cū sit calidus vrine pfectius admiscet aut ꝓcedit a vesica ꝫ tūc debet cē sanguis trūbosus in modū globi ꝫ ḡuis odoris ꝫ in fundo residens q2 tūc fit frigidus vtpote ad nutrimentū membri frigidi destinatus impurior est ꝫ spissior ꝫ pōderosior. Receptus etiā infra ꝯcauitatē vesice q2 frigidū mēbrū est amplius ꝫ globat ꝫ corrūpit q2 debilē habet calorē. vn̄ nō pōt a superfluis depurari: ḡ q2 frigidus est: ideo globosus ꝫ grauis ad fundū descendens ideo ꝫ grauis odoris nec vrine cōmiscet vnde a vesica originē dꝫ habere circa pectinem ꝫ peritoneon ꝫ circa extremitatem virge in emissione vrine punctura sentit ꝫ etiā talis sanguinis potest in vrina petrificari ꝫ cū

hoc etiā sua globositate ꝛ etiā frigiditate ꝛ cum hoc etiā ƀm loci ꝯtinentis petrificationem faciente ex q̄ multi pierunt. Et vt reffert Galt. talis sanguis qn̄q̄ p virgā in modū sanguisuge emittit. Si a lumbis distrahit originem purus est ꝛ in renibus doloꝛ ꝛ pūctura sentit. Si ex nuptura kilis vene ꝓuenit purus similit̄ est ꝛ in. 7°. spondili facta ꝯnumeratione ab inferioꝛi pte doloꝛ sentit vehemens: Huius dogmatis firmitatē trahimus ab Jpoc. Dicit enim si sanguinem mingat quis aut pus q̄si puluerulentū sanguinem ad differentiā puri. Et postea subiungit etiā squamas p qd̄ significat vlceratio vesice: Et subdit: ꝛ ardoꝛ grauis fit. ex quo habet coꝛruptio sanguis: ꝛ tūc quidem vlcerationem significat vesice. Jtē dicit Jpo. Si sanguinem mingunt ꝛ trumbos ꝛ stranguriā habent ꝛ doloꝛ inciderit in pectinem ꝛ pitoneon circa vesicā doloꝛē significat. Ex hiis enim passio vesice significat. Jtē determinat Jpo. qn̄ a renibus ꝓcedit vt dicit. Quicūq̄ sang. sponte mingunt hiis de renibus rupturā vene significat.

Determinat de arenis.

Renum vesice lapidem testantur arene.
Renum si rubee vesice si magis albe.
Emula contenti forma sit suo continenti.

¶ Expositio. ¶ Renū. Commentū istud require in commento superius dicto vbi dicit. ¶ Renū vesice. Hic determinat de arenulis q̄d significent. ¶ Commentū. ¶ Renū. Jn hoc caplo agit auctoꝛ de arenulis que quādoq̄ emictunt cum vꝛina ꝛ passionibus vesice: attestant aūt in renibus nefresim: aut litiasim foꝛe in vesica ostendit. Sed arene aut subrubee aut albe aut nigre aut subnigre. Si rubee ꝛ molles a renibus euenire perpenduntur. Renes enim rubei sunt ꝛ molles ꝛ carnosi ꝛ sanguinem continent. vnde arene ibi generate iuxta foꝛmā sui continentis in rubeitatis speciem perpendunt. Si albe sunt potius a vesica ꝓueniunt. Vesica nāq̄ alba est ꝛ ƀm foꝛmam continentis contemptum immutatur. Omnis enim res trahitur ad suam oꝛiginem vel a loco sue generationis vel a re agente vel paciente. a loco sicut apostemata que talia debent esse qualia sunt loca vbi nascuntur vt foꝛmata in loco ocioso. Si nigra sint de melancolica materia fiunt ꝛ sunt omnibus peioꝛes quia sunt de grossioꝛi materia. Sed que sunt albe citius dissolui possunt quia ex flegmaticis humoꝛibus crudis ꝛ indigestis congelatis generantur. Calculus itaq̄ qui fit: ex nigris arenis sibi conglutinatis: conglutinatur ꝛ conflatur ꝛ omniū pessimus est ꝛ si magnus fuerit non potest curari nisi per incisionem aut fit de albis arenulis de flegmatica materia productis: ille nisi fuerit multum adustus ꝛ in ꝓcessu tempoꝛis excoctus ꝛ induratus diureticoꝛum beneficio ꝛ antidotariorum medicaminum facilius potest curari. Et nota q̄ in pueris fit frequentius litiasis propter humoꝛū viscositatem in eis

abundantiũ in iuuenibus ꝯo fit nefresis frequentius pp siccitatem renũ. Unde sanguis desiccatꝰ ꝛ subtiles ptes ꝯsumuntꝰ terrestribus igitꝰ remanentibus reliq̃ indurantꝰ. Noli aũt semp terreri quotiens videas arenulas rubeas in vrina apparere nec statim precipites sniam de calculo qꝛ in pacientibus duplicẽ tertianã vel simplicẽ ꝛ maxime in habentibus renes siccos arenule apparent rubee pp febrilẽ discrasiã. Jtẽ nota ꝙ tres sunt cause generationis calculi.s.abũdãtia supfluitatũ:ꝛ viscositas eaꝝ angustia meatuũ ꝛ debilitas virtutis expulsiue ipse igitur cause fortius sunt in pueris ꝛ ideo isti passioni magis familiares existũt. Tribus de causis apparent arenule.s.vel ex calculo vel artetica vel longa q̃rtana. In artetica ex induratione humoꝝ in q̃rtana ex melancolia desiccãte ꝛ indurante humores vt habetꝰ in alexãdro de ptisico qui lapidẽ expuit:qui generatus erat in canalibus pulmonis ex humoꝝ induratione. Et nota ꝙ arenule significant qñq; lapidẽ ꝯfirmari ꝛ qñq; diminui. Si prius non apparentes quottidie multiplicentꝰ magis: magis quousq; minus appareant significant lapidem diminui. Si prius diu multis apparentibus quottidie diminuuntꝰ magis significãt lapidẽ ꝯfirmãdũ qñq; vero penitus non apparẽt cũ tñ non sunt purgate tunc significant lapidem ꝯfirmatum.

Determinatꝰ dꝭ pilis.

Forma pilo similis vel erit decisio carnis.
f Aut pars humoris lima siccata caloris.
Inde probes renum vel totius nucumentum.

¶ Expositio. ¶ For. Hic determinatꝰ de pilis. Pili sunt q̃dã resolutiones longe ꝛ graciles ad siĩitudinem piloꝝ ꝛ emictuntꝰ cũ vrina:ꝛ significant aut dissolutionem renũ ꝛ lũboꝝ aut siccitatẽ humoꝝ ex accuitate caloris desiccatoꝝ ꝛ hoc habetꝰ in cõmento. Nota ꝙ isti pili apparent aut cũ fe.aut sine fe. Si cũ fe.significatꝰ totius corpis dissolutio. Si sine fe.dissolutio renũ ꝛ lũboꝝ. ¶ Cõmentũ. ¶ Quedã resolutiones longe. ¶ For^a.

In hoc capꝰo agit auc.de pilis. Sunt aũt pili ꝛ graciles in modum pilorum q̃ cũ vrina emictuntꝰ. Procedunt aũt ex dissolutione renũ ꝛ lũboꝝ vel fiunt ex humoribus siccatꝭ ꝙ sic distinguitꝰ ꝛ sententiatꝰ in tali resolutione quãdo digitꝭ ꝯfrigatꝰ q̃si soliditas carnis tũc de substãtia renũ esse perpendiẽ signt dolorem renũ ꝛ lumboꝝ ex accuitate caloris eos dissolunentis. ꝛ ptes eoꝝ decidentis ꝛ tales apparent i diabeticis. vnde Ypo. in ampho. Quibuscũq; modica caro aut pili exeũt pingui existente vrina hiis a renibus egrediuntꝰ vel hiis eductio de renibus fit. Si aũt pili illi ꝯfricatis digitis cedant cõpressioni nec statim euanescãt:ita vt subsit aliq̃ soliditas de siccis ꝛ induratis humoribus fieri significantꝰ. Et si resolutiones longe apparent:ꝛ aliquãtulũ grosse significant opilationem renum ꝛ lumboꝝ:qñq; dexter renis:quãdoq; sinistri:ꝛ quandoq; vtriusq;. Si dextri dormitatio

⁊ formicatio in dextro pede sentitur. Si sinistri in sinistro pede. Si vtriusq̧: in vtroq̧ sentitur. Ex tali enim opilatione nerui comprimuntur ⁊ ex compressione eoꝝ spiritus animal cuius ꝓprietas est currere per neruos sensum ⁊ voluntariū motū impendere nequit ptibus extremis. vn̄ p neruos spiritus aialis nō pōt libere transire ꝓpter cōpressionem p̄dictā. vnde dormitatio vel formicatio occurrit. Et nota ꝙ pili apparent i vrina aut cū febre aut sine febre. Si cū febre totius corporis dissolutio significatur. Si sine febre de renū substantia fieri decisio particulariter indicatur.

De squamis ⁊ furfuribus.

Per squamas tenues ⁊ furfura micta notatur.
Vesice scabies aut si febris concomitatur.
Totius fluit integritas corpus tenuatur.

Expositio. Per squamas. In h' loco determinat auctor de squamis ⁊ furfuribus. Squame sunt q̄dā resolutiones late ⁊ rotunde ad similitudinē squamaꝝ pisciū q̄ q̄dē a sup̄ficie mēbroꝝ abraduntur ⁊ vocantur squame petaloides: ⁊ iste squame apparentes in vrina qn̄q̧ significant dissolutionem totius corpis. s. si adsit febris. Si vero nō sit febris particularis dissolutio ⁊ scabies vesice significatur. Furfura sunt q̄dā resolutiones ad similitudinem furfuris q̄ ex caloris violentia a mēbris dilacerantur ⁊ abraduntur. Ista ergo furfura sunt alba q̄ꝛ membra a quibus decidunt alba sunt ⁊ etiā sunt magis grossa ꝙ̄ squame q̄ꝛ magis ꝓfunde a mēbroꝝ substantia dissoluuntur: Talia ḡ contenta furfurea apparentia in vrina significant aut totius corporis dissolutionē aut solū vesice. Si ḡ cū apparent adsit febris tūc dissolutionem totius corpis significant. Si vero sine febre apparent significāt dissolutionē vesice solū cognoscitur etiā p digestionē ⁊ indigestionē. Commentū. Per squamas. Sequitur de squamis ⁊ furfuribus. Sunt autē squame q̄dā resolutiones late ⁊ rotunde q̄ q̄si a membroꝝ sup̄ficie actione caloris dillacerantur: ⁊ abraduntur: ⁊ sunt quasi petala que ex tritico sunt et modicis squamis pisciū assimilantur. vnde squame petaloides nuncupantur: huiusmodi resolutiones a membris decise quādoq̧ cū vrina purgantur ⁊ indicant dissolutionē totius tantū aut vesice. Si igitur adsit febris cū apparent significant dissolutionem totius corpis: vt in febre ethica cōtingit. Si sine febre ⁊ idigestione tūc particularis dissolutio ⁊ vesice scabies demonstratur. Hoc affirmat Ipo. in ampho. vbi ait si squamas mingunt ⁊ dolor grauis sit vesice vlcerationem significat. Furfura sunt quedā resolutiones in modū furfuris disposite: ⁊ a membris decidentes ex violentia caloris. Sunt etiā albe quoniā ipsa membra alba sunt tales emictuntur cū vrina ⁊ sunt grossiores squamis q̄ꝛ nō ita sup̄ficialiter raduntur sed a calore inserto ꝓfundius a membroꝝ substantia euelluntur. Vrina ḡ furfureas habens resolutiones aut dissolutionem totius corporis significat aut vesice tantū. Unde sic di-

stinguitur: ꝑ febrem ⁊ nō febrem: ꝑ digestionē ⁊ nō digestionē. Ipo. aūt in ampho. Quibus in vrina pingui existente furfurea mingunt hiis vesica scabit. Petala ⁊ fursura dissoluunt a vesica. Sed non crinoides q2 vesica non est solidum corpus: sed est tenuis ⁊ pelliculosa: predicta corpora qn̄q3 fluunt ab humoribus calore liquidas partes cōsumente vel frigiditate cōdensane. Sed cum aliis signis in prima specie ethice apparet petaloides. In secunda surfurea. In tertia crinoides.

De crinoidibus.

Certa fides per crinoides ꝙ tertia febris.
Est ethice species imis inserta latebris.

¶ Expositio. ¶ Certa. Hic determinat de crinoidibus ⁊ sūt. Crinoides quedā resolutiones grosse q̄ caloris violentia multū profunde a membroꝝ substantia euellunt: ⁊ sunt maiores q̄ȝ squame ⁊ fursura. Habent enī crinoides tres dimensiones magnas. s. latitudinem: longitudinē ⁊ ꝓfunditatē. Crinoides igit̄ in vrina apparentes tertiā speciem ethice significant. ¶ Commentū. ¶ Certa. Sub vno titulo egimus de squamis ⁊ furfuribus. In h᷑ capitulo sum tractaturus de crinoidibus. Sunt aūt crinoides quedā grosse resolutiones decise a membris violentia caloris incensi ⁊ intrusi membris: ⁊ sunt maiores furfuribus ⁊ petaloidibus in trinā dimensionē. s. latitudinem: longitudinē ⁊ ꝓfunditatē grandescunt ꝓpter qd̄ significat ꝙ mēbroꝝ substantia amplius ⁊ plenius dissociat̄. Dicit̄ aūt crinoides ab idos qd̄ est forma ⁊ crina qd̄ est duo: quasi formā duaꝝ ꝑtendens. Sunt aūt crine vel crina grossiores ꝑtes vel ꝑticule tritici q̄ in principio mollitionis ⁊ attritionis mole de grani integritate diuidunt̄. Tales ḡ crinoides in vrina apparentes tertiā speciē ethice designāt. cū aūt sint ita rotunde a vesica nō ꝓcedunt. Vesica nāq3 magis accomodat̄ resolutioni furfuꝝ ⁊ squamaꝝ q̄ȝ crinoidaꝝ: apparent qn̄q3 tales crinoides rubee ⁊ sub. in febre accuta ꝓpter sanguinis infectionē ⁊ pessimū est: ⁊ qn̄q3 passionē solidoꝝ membroꝝ testat̄. vnde Ipo. in vltima ꝑticula ait. Quibuscunq3 i febre in vrinis crinoides ipostases fiunt longā significant egritudinē. i. ethicā.

De athomoꝝ resolutionibus ⁊ albis minutis.

Innuitur gutta regnare per alba minuta.
Si mulier fuerit non alterum sibi deerit.
Quin ⁊ conceptus adsit vel languor ineptus.

¶ Expositio. ¶ Innuitur. Hic determinatur de athomosis resolutionibus ⁊ albis minutis. Iste ergo resolutiones apparentes in vrina tam in viris q̄ȝ in mulieribus vitium gutte significat. Et ſm regionem vrine q̄ȝ

occupant significant corporis humani regionem affligi: quia si in parte superiori vrine: tunc significat partem superiorem corporis pati guttã et si in media mediã: ⁊ si in fundo vrine inferiorum corporis partiũ guttã significant. Est tamen notandũ ꝙ si iste resolutiones athomose ⁊ albe in vrina mulieris appareant: ⁊ pinguis sint in modum loture anuli in fundo residentes inferius. Et post modicũ tempus conglobantur inq̄ꝫ tales resolutiones mulierem significant concepisse: ⁊ si appareant subrubee ⁊ rotunde significant mulierem masculũ concepisse. Si vero appareãt albe vel sicut liuide ⁊ late forme significant feminam concepisse. Si vero cum omnibus predictis signis mulier non concepit tunc significat guttam sicut dictum est vel matricis humorositatem ⁊ tunc vrina est magis spissa. ¶ Commẽtum. ¶ Innuitur. Sequitur tractatus de athomosis resolutionibus et albis minutis quod idem est Athomose resolutiones ⁊ albe significant vitium gutte tam in viris q̃ꝫ in mulieribus. Sed si appareant in fundo significant guttam inferiorum partiũ. Si in media regione apparent vitiũ gutte significant in medianis partibus. s. a regione generatiuorum vsqꝫ ad diafragma. Si vero apparent in parte superiori superiorꝫ partium guttam significant: sed si per totã vrine substantiã diffundunt: guttã omniũ membrorum significant. Tales aũt resolutiones in vrina mulieris apparent ⁊ sit pinguis ⁊ maxime in parte inferiori in modũ loture anuli inferius residentes ⁊ post modicũ tempus conglobantur significant mulierem concepisse ⁊ si appareant subrubee ⁊ rotunde forme significat masculũ cõcepisse. Qr enim rubee sunt vel subrubee significatur ꝙ naturalis calor est sufficiens dare eis talem colorem. Si vero appareant albe ⁊ quasi liuide ⁊ late forme: significant feminam concepisse. Per talem nãqꝫ colorem vrine significatur debilitas naturalis caloris non sufficientis eis colorem perfectum attribuere. Si vero non concepit mulier: ⁊ tales apparent resolutiones significat ꝙ concepit dolorem ⁊ paritura est iniquitatem. Solũ enim vitium gutte significatur siue ostenditur in muliere: ergo tales resolutiones equiuocantur: vel ad conceptum significandũ vel ad artheticam vel humorositatem matricis ⁊ tunc vrina spissior est. Iste sunt vrine. s. mulie bres que magis deludunt artificem. De talibus nãqꝫ vrinis dare sententiam periculosum est cum ad vtranqꝫ se habeat que dicta sunt. vnde de talibus veritas ignoratur tum propter fetum tum propter mulierem in viris autem tales vrine cum albis minutis securiores sunt ad iudicandum. In eis enim veritas manifesta lucet. Sed vrine mulicbres execrabiles sunt propter duplicem fetus ⁊ corporis continentis respectum huiusmodi autem resolutiones in vrina viri apparentis guttam significantes albe sunt ⁊ parue sunt ⁊ rotunde. Albe quia resoluũtur a membris albis: vnde imitantur colorem membrorum a quibus deciduntur. Parue sunt cum naturalis calor agat in materiam gutte vt eam digerat ⁊ dissoluat: resoluitur quoddam paruum de membro quia cum solidum sit: et parua sit caloris actio paruum est quod resoluitur: ⁊ ideo parue sunt resolutiones.

Rotunde sunt qꝛ caloꝛ vndiq̧ agit in illam materiam circunferentialiter dissoluendo: ⁊ ideo rotunde apparent vel rotunda sunt: qꝛ de ratione: granula rotunda sunt: qꝛ ex descensu rotundantur vt grando in casu vt paret etiam de gutta pluuiali q̄ in descensu suo rotundatur.

De signis conceptionis.

Matrix sicca venus sopita retentio fluxus.
Discoloꝛ affectus vomitus compꝛessio virge.
Mamme grossicies ⁊ perturbatio ventris.
Ex mellicrato conceptus signa pꝛobantur.

¶ Expositio. Hic determinatur de signis p̄ que possumus cognoscere conceptionem ex incidenti. Signū conceptionis qd̓ habetur p̄ vꝛinam in pꝛoximo est dictū. Sed alia signa sunt cōceptionis q̄ enumerantur in istis pꝛedictis versibus. ¶ Matrix sicca. Quia iam clausum est orificiū matricis. vnde nō emictuntur menstrua q̄ vuluā humectare solent. Sed potius retinent̄ ad nutrimentū fetus. ¶ Uenus sopita. Aliud signū cōceptionis: si desideriū veneris est sopitū ⁊ extinctū: ꝑpter hoc qꝛ matrix q̄ vacua erat iā repleta est. ¶ Retentio fluxus. Aliud signū cōceptionis. s. qꝛ mēstrua retinentur vt inde nutriat̄ fetus. ¶ Discoloꝛ affectus. Aliud signū cōceptionis: appetitus varius ⁊ multifoꝛmis: qꝛ modo appetūt acru mina modo fructus acerbos: ⁊ carbones ⁊ huiusmodi similia. Et h̓ accidit ex ipso sanguine menstruo melancolico redundante ad os stomaci ⁊ inficiē tem ipsum. ¶ Uomitus. Aliud signū qꝛ ille sanguis inficiens os stomaci mouet ipsum ad vomitū. ¶ Compꝛessione virge. Aliud signū conceptionis vt habet̄ in cōmento. ¶ Mamme grossicies qꝛ sanguis redūdat ad spongiositatem mānillaꝝ vnde ingrossant̄. ¶ Et ꝑturbatio. Aliud signū conceptionis Ipocratis in quarta ꝑticula amphoꝛismoꝝ. Mulier si vis scire si cōcepit ⁊c. ¶ Commentū. ¶ Matrix sicca. In hoc capitulo qd̓ est quasi finale ⁊ complementū sui operis assignant̄ accidentia ⁊ signa celebrate conceptionis. De cōceptione per vꝛinā significanda pꝛecesserat intentio in capitulo ꝓcedenti. ideoq̧ ad cōceptionis notitiā plenarie habendā posuit auctoꝛ signa cōceptionis in ꝯclusione sui operis. ¶ Matrix sicca. quia cōclusum est interius orificiū neq̧ iā emissione menstruoꝝ matrix humectat̄ vel vulua etiā illinitione menstruoꝝ non humectat qꝛ menstrua retenta sunt ad nutriendū fetū. hoc aūt nomine matricis eius extremitas idest vulua intelligitur vel vuulua sicca est qꝛ a matrice iam repleta ex semine virili iam interius monetato iam voluptas matricis a venereis illecebris nō adeo diffundit̄ nec in lacrias resoluit venereas. Extincta enim est sitis eius q̄ pꝛius sedari nō poterat qd̓ fit qꝛ iā repleta est ⁊ ex interioꝛi sarcina aggrauata minus pōt vacare pꝛuritui venereoꝛum. Ex vacuitate nāq̧ matricis viget sensibilitas ⁊ ex sensibilitate amplioꝛi amenitate vene-

ris matrix amplius infestat. ¶ Venus sopita non mercat pp̄ter p̄dictā rationem. Sed obmurmurant subagitatores ⁊ lenones ⁊ asueti ad venerē dicentes hoc esse falsum: qꝛ a multis post conceptionē auidius ⁊ instantius appetitur coitus q̄ antea. Dicunt se etiā vidisse quasdā que ante cōceptionem suis adulteris ianuā pudoris claudebant. Sed facta cōceptione vmbilicū ⁊ crura eius relaxabant. Respondemus h̄ potius esse securitatis cā̄ q̄ cā̄ ardoris ⁊ voluptatis: nō tamen dico quin ex fetu calore duplicato renes calefiant: ⁊ ex calore peruagante vel pregrauante veneris orificiis q̄dā pruritus innascit. Sed non est adeo voluptuosus sicut qui fuit ante cōceptionem vel in conceptione. Tunc enim matrix totā se aperit: ⁊ applaudens temperantie seminis ipsum intromittit in monetā conceptionis idest formā. ¶ Aliud commentū. ¶ Matrix. quoniā egit de athomosis resolutionibus q̄ quādoq̄ significant conceptū: quādoq̄ nō. Hic addit sig^a p̄ que fiat discretio quādo significent conceptū. Et p° ponit generalia. 2° specialia cū matrix cōsecuta est qđ desiderabat ⁊ adepta est qđ venabatur quiescit. Et ideo claudit vt retineat qđ desiderabatur ⁊ acceptū collū eius et vulua desiccant qꝛ nō fluit qđ solet fluere. vnde vulua minus humorosa fit. ¶ Venus sopita. Cū matrix creata sit propter cōceptionem habito fine ad quem ipsa est facta: tunc in eo quiescit naturaliter. Unde non appetit plus coire. Tamen ex ebullitione postea facta in ipsa matrice: maxime si materia ipsa generandi fuerit colerica: ⁊ etiā matrix sit sibi similis in complexione. Sunt tamen quedā mulieres p̄gnantes q̄ appetunt coitū vehementer quoniā in eis renes supflue calefiunt ⁊ maxime cū vulua non recipiat in se humorositatem solitā ⁊ pp̄ter hoc magis appetunt coitū ⁊ forte ad h̄ vt eius humectetur vulua matrix coitū appetit: maxime pp̄ter necessitatē q̄ pp̄ter vtilitatem quoniā natura stimulata a vehementi siccitate stimulāte matricē ad appetendū coitū. ¶ Retentio fluxus. idest menstruorū retinentur autem menstrua vt fetui pp̄inent nutrimenta ⁊ pp̄ter cōclusionem interioris orificii. ¶ Aliud cōmentū ad p̄dicta carmina. ¶ Matrix. patet cā̄ huius ex predictis: quoniā cohartat collū matricis vt retineat materia generandi. ¶ Affectus. idest appetitus. ¶ Discolor. idest varius ⁊ multiformis: mō enim appetunt acruia: modo fructus acerbos modo cretā: modo carbones ⁊ similia qđ habet cōtingere ex sanguine menstruo melancolico ⁊ contagioso redundante ad os stomaci ⁊ inficiente ip̄m: vnde appetunt similia sue infectioni. Sed hoc habet fieri maxime in nouitate conceptionis pp̄ter retentionē menstruoꝝ. Sanguis enim mēstruus adhuc est in motu. In tertio aūt mense vel in quarto fetu iam confirmato cessat talis appetitus. ¶ Vomitus. ex eadē cā̄: sed accidit maxime in nouitate cōceptionis. ¶ Compressio virge. ex angustatione interioris orificii matricis. Unde videtur viro cū coit cū muliere q̄ virga a vulua fugatur precipue quādo virga est longa. ¶ Mamme grocissies. Ex redundatione sanguinis ad spongiositatem mamillaꝝ vnde distendunt ⁊ ingrossantur. Sunt nāq̄ continui meatus a matrice ad mamillas per quoꝝ cōti-

nuitatem fit transitus deriuationis ad superiora: ⁊ ad mamillas. ¶ Turbatio. Istud signum est ab Ipocrate elicitũ. Dicit enim in quinta particula amphorismo⁊ mulierem si vis scire ⁊c. quando dormituras est da ei mellicratum bibere ⁊ si quidem habuerit tortiones concepit. si vero non non. Sed non est omnino veridicum signum: quia suscepto mellicrato: tortiones sentiuntur: non tamen propter hoc est semper defecta conceptione. Si vero in corpore mulieris suscepto mellicrato fiat absentia et priuatio tortionis certum signum non facte conceptionis.

De signis conceptionis masculi.

Onceptum maris insinuat splendor faciei.
Membrorum leuitas spissi concretio lactis.
c Atq; tumor ventris in dextra parte rotundus.
Femineum fetum contraria signa figurant.

¶ Expositio. ¶ Conceptũ. Hec sunt signa cõceptionis masculi: quia si mulier ante ꝯceptionem esset discolorata: ⁊ facta conceptione habeat faciem bene coloratam. Ex hoc habetur: vnum signum conceptionis masculi quantũ est ex hoc. ¶ Membro⁊ leuitas. Si facta conceptione mulier habeat leuitatem membro⁊ ex hoc est signum conceptionis masculi quantum est ex hoc. ¶ Spissi concrecio. idest coagulatio lactis ⁊ spissitudo. ¶ Atq; tumor. s. ventris. ¶ In dextera parte rotundus: quia ibi est locus conceptionis masculo⁊. ¶ Femineum. Signa contraria istis que dicta sunt significant conceptionem femine. ¶ Commentũ. ¶ Cõceptũ.
Post tractatum de generalibus signis conceptionis subiungit auctor de specialibus. ¶ Splendor faciei. Recurrit ad priorem consistentiam mulieris. Si autem ante conceptionem solebat esse minus colorata ⁊ post modicum facta conceptione purpurea facies vel illuminata occurrit: ex h̃ perpende conceptionem masculi. Nã si calidiori sanguine ⁊ in calidiori parte matricis concipitur. vnde naturalis calor in corpore mulieris incutitur ⁊ melior digestio procreatur. Nam ex bona digestione bonus color in facie nascitur. ¶ Membrorum leuitas. Ex eadem causa ex bona nãq; digestione bonum est nutrimentum ⁊ bona reparatio spirituum ex quibus sufficienter reparatis robur ⁊ vigorositas ipsi corpori prestantur ⁊ membra leuigantur. ¶ Spissi concrecio lactis. idest coagulatio quia lac magis est digestum ⁊ excoctum ⁊ ablata est aquositas virtute caloris. Unde si eius gutta super vnguem vel super marmor. Aut super alia re tersa apponatur non fluit: sed laterales partes eius rediguntur in cumulũ ⁊ hoc significat masculi conceptionẽ. ¶ In dextera parte. Ubi est locus conceptionis masculo⁊. ¶ Rotundus. Quia partes masculini corporis cum sint fortiores fortius sibi coherent nec in matrice quedã fragilitate distenduntur. ¶ Contraria signa. Nam contrariarum causa⁊ contrarii sun.

effectus. ¶ Secundū commentū ad predicta carmina. ¶ Conceptum.
Hic determinat signa conceptionis specialia: materia masculi est specialior q̄ femine. Ponit auctor q sperma viri stat loco factoris et agentis: sed sanguis menstrualis loco materie. Et ex hoc patet q omnis vir calidior est omni muliere: tamen quedā mulieres calidiores sunt quibusdam viris sed hoc intellige de calido viscoso et materiali magis: viri autem omnes calidiores sunt calore virtuoso et formali. et ideo viri fortiores sunt feminis. ¶ Splendor faciei. Quoniā ex materia calida que ebulit in matrice eleuantur fumi vel vapores calidi ad epar vnde calefit. Et similiter ad cor vnde calefit. vnde ex hiis membris sic calefactis eleuantur calidi vapores ad faciem et ad caput: vnde facies splendescit: rubor est ex flore sanguinis virtute caloris depurari et inde leuitas totius corporis: quoniā calor rarefacit et subtiliat q̄ duo sunt principia leuitatis: calidum vero velociter mobile. ¶ Spissi concretio. Qd fit a calore forti aquositatem ipsam et spiritum fortiter comprehendentem. vnde videmus q carnes cocte rigidiores sunt quoniā calidum superuincit humidū et ipsum comprehendit et coagulat per abstractionem humidi prius existentis. Sed attendendū est q calor aggregatus fortior est q̄ sparsus: et ideo parui viri nunq̄ sunt humiles quoniā calor eorum est aggregatus. vnde mobiles fortit sunt eleuati quoniā calor semp spargit et eleuat et ideo sunt audatiores et subtiliores. Cōtrariū accidit in magnis propter eius sparsionem. Unde si magnum sapientem videris vel inueneris et paruū humilē redde laudem deo. ¶ Atq; timor. Cum enim calor humidus fortiter cōprehendit rotundat sicut supra prelibatum est. Et hoc etiam facit in dextra parte maxime: qr calida est: et ideo tumor rotundatur: cum concipitur masculus. Signa contraria apparent in mulieribus. Et nota q splendor faciei maxime conceptionē masculi certificat. Si ante conceptionem facies erat palida.

De spermaticis resolutionibus.

Spermaticis in scripta notis vrina fatetur.
Illecebres coitus genitalia membra grauari.
Fermento veneris ludibria vana soporis.
Siue gomoream vel membri vim resolutam.

¶ Expositio. ¶ Hic determinat de spermate apparente in vrina. Re vrina cū spermatis resolutionibus appens residentibus vel ad fundū tendentibus significat coitū p̄cecisse aut nocturnā illusionē aut voluntatē et desideriū venereorum operum sine actu et tunc significat membrorum generatiuorum repletionem. ¶ Siue gomoreā. Talis etiam vrina si frequenter occurrat gomoream significat vel paralesim generatiuorum membrorum. ¶ Commentū. ¶ Spermatis. In hoc caplo auctor agit de spermate et vrina: qñ q̄nq; cum vrina miscuntur resolutiones spermatice. vñ appet

vrina cũ quibusdã spermaticis resolutionibus. Est ergo talis rᴬ. Urina cũ spermaticis resolutionibus apparens ad fundum tendentibus vel resi dentibus coitũ significant p̄cessisse aut nocturnã illusionem aut ꝯcupiscen tiam aut affectũ venereoꝝ opeꝝ sine actu ꝯsequente significat etiã geni talium membroꝝ ⁊ didimoꝝ repletionem ex spermate qđ est q͛ redundat in testiculis ⁊ ꝑ incontinentiã cũ vrina emictit. Significat etiã talis vrina si frequent occurrat: gomorreã siue paralesim genitaliũ membroꝝ. Est aũt gomorrea immoderata ⁊ inuoluntaria spermatis effusio q̄ est passio tur pissima de qua multitudo non modica vel aliqui aliquando pierunt qui ta lem egritudinem ꝯfiteri erubescunt vnde morbi malicia magis ꝯfortatur. Fit aũt hec passio ex nimia sanguinis abũdantia: vnde sperma augmen tat ⁊ pp nimiã abũdantiã multiplicat ⁊ emictit sine aliq̃ delectatione ⁊ vir ge erectione. Fit etiã qñq; ex debilitate virtutis retentiue: qñq; ex lenifi catione vasoꝝ seminariũ. vnde vasa seminaria lubrificant: ⁊ sic sperma ex tali lubrificatione cũ non habeat coherentiã in receptaculis inuoluntarie labit. Significat aũt hec passio in illis qui habent palesim in mẽbris geni talibus sicut est in epilenticis ⁊ appopleticis in illis enim vrina ⁊ semẽ in uoluntarie emictunt: ⁊ sic sperma pp debilitatem neruoꝝ ⁊ pp aliã cãm in trinsecã inuoluntarie egredit. ¶ Spermaticis notis. idest spermaticis resolutionibus. ¶ Scripta. idest ꝑfusa. ¶ Illecebres coitus. quo ad celebrandũ coitũ idest quãdo aliquis celebrauerit coitũ. vnde ex reliquiis materiei resolute ⁊ non sufficient educte q͛ debilis fuit spiritus expellens ideo talis apparet vrina. ¶ Genitalia mẽbra. Secũda significatio est: mẽbra genitalia dicunt in hoc loco testiculi virga ⁊ didimi p̄cipue. ¶ Fer mento. idest spermate quo testiculi turgescũt: sicut pasta ex fermento cre scit ⁊ ampliat. ¶ Ludibria vana soporis. idest nocturnas illusiones ex venereis officiis vel opibus. quãdo. s. dormientibus se ingerũt ⁊ improui sa mente somniãt vel dormiũt. ¶ Gomoreã. idest immoderatã ⁊ inuo luntariã spermatis effusionem. ¶ Uim resolutã. idest paralesim q̄ fit ex dissolutione membroꝝ. ¶ Sequit aliud commentũ ad predicta carmina. ¶ Spermaticis. Sperma emictit aut pp multitudinem materie: aut pp defectũ virtutis ꝯtentiue aut pp debilitatem lacerti remolliti ꝑm para lesim. ¶ Illecebres. quia nimis mouet materia ⁊ nimis calefiunt testi culi. vnde fortit attrahũt: ⁊ sperma ibi generãt qđ emittunt. Subtiliant ꝑ motũ p̄cedentẽ in coitu nimio. ¶ Genitalia mẽbra. pp multitudinẽ ma terie spermatice que inturgescit a calore ꝑ motũ. ¶ Ludibria. q̃m in tali operatione non bene modificant ꝯcauitates ex spermate. ¶ Gomoreã. idest inuoluntariã spermatis emissionẽ. ¶ Uim resolutã. idest virtutẽ ꝯtentiuã ⁊ pp lacerti remollitionem deficientem retinere.

De puluereis resolutionibus.

Sub forma cineris corpuscula pressa deorsum.

Infima membra notant morbi languore grauari.
Ex attricis emoroidis splenisq tumore.
Sepius apparent vel quando menstruus humor.
Temporibus certis sua respiracula nescit.

¶ Expositio. ¶ Sub forma. Hic determinat de resolutionibus pulnereis que emictunt cum vrina ad similitudinem pulueris. Est ergo r^a. Vrina in colore remissa cum puluereis resolutionibus in fundo residentibus significat egritudinem membrorum inferiorum sicut renum et lumborum et partium inferiorum. ¶ Ex attricis. In attricosis et ficosis et in pacientibus emoroidas et inflationem splenis apparet quādo talis vrina. ¶ Vel quādo menstruus. Talis etiā vrina apparet in mulieribus quando paciuntur retentionem menstruorum. ¶ Commentū. ¶ Sub forma cineris: Hic ponit aliud capitulū de puluereis resolutionibus q̄ quādoq cū vrina emictunt: et sub forma pulueris in fundo subsistunt. Inde colligit r^a talis. Vrina in colore remissa cū puluereis resolutionibus in fundo residentibus in colore nigris vel liuidis significat emoroidas. Significat etiā attrices siue condilomata. Talis etiā vrina significat vitium splenis et in mulieribus significat coitum et si talis diu appareat significat retentionē menstruorum. Emoride sunt quinq vene: que a chili vena procedentes vsq ad pudibundū circulum terminant. Iste ergo vene quādoq replentur et aggrauantur ex malancolico sanguine qui maxime abūdat in chili vena que spine adiacet. Spina vero frigida est cum sit pars corporis posterior. vnde propter frigiditatem illius partis melancolicus sanguis in illis venis habet dominiū suum. Cum aūt predicte vene aggrauate sunt et super replete ex melancolico sanguine distenduntur et fortiter eo in loco tumescunt atq inflantur ita q in capitibus earum q̄dā apparent tumorositates varie. Vnde sentit grauedo et ponderositas circa partes inferiores et adest pigricia totius corporis et discoloratio faciei. Ille aūt vene quādoq rumpunt et sanguis emictit in multa quātitate rumpunt aūt ille vene propter abundantiā sanguinis et propter incontinentiā vel ex calore nimio propter accuitatem et corrosionem vel ex frigiditate exteriori propter cōpressionem. Vnde hec passio maxime est in illis familiaris qui sup marmora sedere consueuerunt. Est aūt emorois nomen membri et passionis quia ille vene dicunt emoroide per quas venit hec passio que dicit emorois. Vnde egritudo ab illis venis orta emoroides dicunt. Dicit aūt emorois ab emo quod est sanguis et rois quod est fluxus. Vnde dicunt emoroides q̄si fluxus sanguinis. In emoroidibus vrina debet esse remissa in colore. Nā melancolico sanguine abundante in corpe debilitat naturalis calor. vnde digestio crudescit et ex digestionis cruditate discolorat vrina. Apparet aūt cū puluereis resolutionibus que resolute a melācolico sanguine nigro et terrestri per continuos meatus deriuāte ad vesicā cū vrina emictant: et quia sint ponderose et terrestres subsident in fundo. Attrices sunt collectiones facte circa anum ex

melancolico sanguine in illis partibus turbato ⁊ viscositatem inducente. Fici sunt molles elevationes circa annum distincte quibusdam granis in modum granorum ficus. Condilomata sunt dure ⁊ solide collectiones ⁊ rotunde circa annum in modum glandium ⁊ dicuntur condilomata a condilō quod est rotundum. Unde apud maximianum reperitur digitis in condilon replicatis idest in rotundum. In attricosis igitur ⁊ ficosis ⁊ condilomaticis vrina apparet similis priori ⁊ propter eandem causam disponitur s͠m colorem talem. Et resolutiones tales ex vitio splenis post data medicaminam maxime propter dissolutionem partium. Apparet eadem vrina remissa cū resolutionibus pulvereis. Similiter in retentione menstruorum. Nam sanguine melancolico per menstrua retento resolvuntur quedā partes livide ab ipso sanguine ⁊ quasi squamose que quidem cum vrina emictuntur. ¶ Cinereis. idest pulvereis. ¶ Infima membra. sicut renes ⁊ lumbos ⁊ inferiores partes que ratione compassionis molestantur vt dictum est.

De ipostasi.

Informat sedimen color ⁊ substantia tempus.
Forma. locus. color est albus. substantia gumsis.
Continuata suis conū sua forma figurat.
Inferior fundus locus est constantia tempus.
Album continuum residens constans pineatum.
Si sedimen fiat bona fit digestio virtus.
Fortis nature triplici viget actio motu.
Albificat mundat cumulat condensat ⁊ vnit.
Ventosum calor extenuat sorbetq; vaporem.
Virtus que bona sunt retinet que prava repellit.
Nec natura suos secat aut interpolat actus.
His claret signis ostensio certa salutis.
Lucreta fit febris brevis est discussio morbi.

¶ Expositio. In isto loco determinat de ipostasi. Est igitur ipostasis superfluitas tertie digestionis effusa in vrina. Ipostasis in tertia digestione: dividitur a nutrimento membrorum ⁊ emictitur cum vrina. Unde hic ponitur descriptio ipostasis laudabilis ⁊ sunt quinq; conditiones ipsius. s. color qui est albus: substantia que debet esse continua sine interruptione ⁊ divisione: locus qui est fundus vrinalis pus ipostasis. s. q᷑ multos dies perseverat in sua bonitate. forma quia debet esse ad modum forme piramidalis vel pinealis vt incipiat a lato ⁊ circunquaq; tendat in acutum. Et de istarum differentiarum qualitate singulariter determinatur in commento valde bene. ¶ Album continuum. ¶ In isto versiculo continentur quinque differentie ipostasis naturalis. s. q᷑ sit alba in

colore: continua in substantia: residens in fundo ƀm locum: constans quã-
tum ad tempus. pincatum q̃tum ad formam. Et si tale sedimen cum istis
conditionibus appareat in vrina significatur ꝙ digestio est bona ⁊ virtus
fortis ⁊ ꝙ actio nature triplici viget motu. Unde notandum est ꝙ triplex
est motus nature. s. alteratiuus: localis ⁊ essentialis h̄ declarantur in fine
commenti. ¶ Commentum. ¶ Informat. Aliud capitulum proponit
de ipostasi: vbi videndum est quid sit ipostasis ⁊ eius ꝓprietas. Est enim
ipostasis superfluitas tertie digestionis cum vrina effusa. Omnis ergo di
gestio superfluitatem habet suã. Prima digestio habet pro sua superflui-
tate egestionem ⁊ ventositatem. Secunda digestio habet vrinam. Tertia
digestio habet ipostasim ⁊ sudorem. Ipostasis in tertia digestione diuidit
a nutrimento membrorum: vnde cum in omnibus membris fiat digestio:
⁊ omnia membra nutriant a quolibet nutrimento diuidit ipostasis. Sed
non tota ipostasis que a nutrimento diuiditur cum vrina purgat. Nam
viarum longitudine ⁊ meatuum strictura non potest tota ad vesicam pro-
uenire: pars enim quedam a calore corporis consummitur. Alia per
sudorem mundificatur. Alia pars extenuatur ⁊ per fumum ⁊ vaporem
expirat: illa portio sola que vasis coheret ⁊ propinquior est viis vri-
nalibus: ad vesicam descendit. Cum enim vasis cohereat rarefactis
viis pororum ex caliditate ingreditur vasa ⁊ per meatus continuos de-
riuatur ad epar: ab epate vero per capillares venas descendit ad ve-
sicam ⁊ cum vrina emictitur. In vrinis autem sanorum non appa-
ret ipostasis quia fortitudine caloris ⁊ virtute membrorum superflui-
tas illa consummitur. Membra etiam in sanis melius nutriuntur et
parue sunt superfluitates membrorum ex nutrimento. vnde pauca vel
nulla est ipostasis. Quattuor sunt ipostasis differentie. s. color. substan-
tia: locus ⁊ tempus. Isaac in libro vrinarum aliam. s. quintam diffe-
rentiam apponit que est forma ⁊ nos Isaac sequentes illam differen-
tiam quintam apponimus. Naturalis color ipostasis est albus: omnis
nãꝫ ipostasis naturalis debet esse alba. Consimilia nãꝫ membra humani
corporis omnia: sunt alba vniuersaliter quãuis etiam caro videatur esse
rubea. Sed non est ille color carnis: sed potius sanguinis dispersi per po
ros ipsius carnis. vnde si caro coquat ⁊ exprimat sicut faciunt hibernien-
ses albificat: ⁊ ad propriũ colorem reuertitur. Nutrimentum ergo non in
corporat membris nisi prius dealbetur. Est autem nutricio conuersio rei
nutrientis in naturã rei nutriende: ergo nutrimentũ est albũ cũ membra
sint alba. Et ipostasis est decisa a tali materia: ergo in colore debet esse al-
ba: omnis nãꝫ supfluitas debet esse emula idest similis ⁊ imitatiua eius a
quo decidit: ideoꝫ nulla ipostasis est laudabilis nisi sit alba: hec enim signi
ficat perfectã assimilationem nutrimenti ƀm naturã membroꝝ ⁊ fortitudi-
nem naturalis caloris in digestione preualentis. Rubea enim ipostasis
minus bona est: significat enim longitudinem egritudinis ⁊ cruditatem
materiei. vnde virtus digestiua non ita preualet in tertia digestione in

faciendo digestionē nutrimenti:significat tamen similitudinem eucritā.i.
bene terminabilem qꝛ fit de sanguine puro ⁊ sincero:q̄ humor amicus est
nature ⁊ maxime familiaris. Subruffa ipostasis peior est rubea qꝛ fit de
sanguine aquoso. vnde minat̄ ex cruditate sanguinis maiorem prolixitatē
egritudinis. Liuida ipostasis vitupabilis est:qꝛ significat mortificationē.
Viridis vel nigra pessima est qꝛ significat adustionē ⁊ mortē. Et hec de co
lore ipostasis sufficiant. Substantia ipostasis est continua:qꝛ debet esse si
ne diuulsione ⁊ interruptione suaꝝ ptiū:p qđ significat̄ tertiā digestionem
materiei esse pfectā que nō habeat aliquā ventositatē que sui p̄sentia possit
diuellere continuitatē ipostasis. Diuulsio aūt ipostasis fit ex ventositate
tertie digestionis. Et hec de substantia ipostasis sufficiant. Locus iposta-
sis pprius ⁊ naturalis est fundus. Debet nāq; esse ipostasis subsistens in
fundo vrinalis. ⁊ talis subsidentia significat secundā digestionem nō fuisse
turbatā nec impeditā aliqua ventositate. Nā si secunda digestio fuisset vē-
tosa illa emissa cū vrina precelleret. ipostasim vel in media parte vrine vel
in superiori. Si maior esset ventositas. Et sunt tres differentie ipostasis
fm locū. Nā si ipostasis fuerit subsidens in fundo ⁊ non impulsa vocatur
sedimen. Si aūt sit impulsa in media regione vrine vocat̄ eneorima q̄si de-
pendens. Qꝛ si fuerit impulsa vsq; ad supficiem vrine ex maiori ipulsu vē
tositatis vocat̄ nephilis idest nubes:ex methafora nubium. Et hec de loco
ipostasis sufficiant. ¶ Tempus ipostasis est pmanentia in talibus differē
tiis p multos dies:talis aūt pmanentia est equalitas siue tp̄s p qđ signifi-
catur maxime fortitudo nature:q̄ quidem in bene opando non deficiat:sed
suū opus continuare sufficit. Nā si in prima die appareat ipostasis cū bo-
nis differentiis:⁊ in secunda appareat cū malis:ex tali incōstantia significa
tur nature debilitas que nō pōt in bono ope pseuerare. Et nota ꝙ equali-
tas in bona ipostasi est optima. Sed equalitas in mala ipostasi est pessima.
Inequalitas ḡ in malo bona est. Sed inequalitas in bono mala est. Et hec
de tpe ipostasis sufficiant. ¶ Forma ipostasis debet esse cōnoides idest in
modū forme pinealis vt incipiat a lato ⁊ ppendiculariter circūquaq; tēdat
in accutū quasi in modū piramidis vel in modū pinee. Talem vero formā
vocat Isaac pineatā quasi tendentem in accumen in modū pinee. Talis ḡ
forma significat digestionem perfectā vnde graues partes ipostasis ī fun-
do subsistent ⁊ constituūt eius basim. Mediocres aūt q̄ nō sunt adeo pon
derose mediū occupāt. Leuiores vero q̄ sunt ignee ⁊ aeree supius tendūt.
littera per se patet. ¶ Suis gumfis. idest suis compaginibus vt habeat
ptiū coherentiā. ¶ Conū.i.a lato incipit ⁊ tendit in accutū in modū galle.
¶ Locus. est fundus eius idem in inferiori parte cōsistens. ¶ Constā
tia.i.eius pmanentia p multos dies. ¶ Albū continuū. Hic ponitur de
scriptio bone ipostasis ⁊ quid habeat significare ostendit. ¶ Albū. in co-
lore. ¶ Continuū. quātū ad substantiā. ¶ Residens. quātū ad locum.
¶ Constantia. quantū ad tp̄s. ¶ Pineatū. non ad pini. sed ad pinee
formā refertur. ¶ Bona digestio. non qꝛ alba:albedo enim nō sufficit ad

insinuandū pfectā digestionem: posset nāq albūm ꝛ impulsum ꝛ diuulsum apparere. Sed bona digestio significat ex eo qd est albū cū aliis sequentibus differentiis. ¶ Uirtus digestionis viget triplici motu. Triplex est modus nature in tertia digestione. s. alteratiuus: qui fit in dealbatione nutrimenti. localis qui fit in ꝯglobatione ꝛ ꝑtiū transpositione. ꝛ essentialis: q̄ fit p alias dr̄ias que subnotant vel ꝯiūgant. ¶ Albificat. Ecce alteratiuus motus. ¶ Mundat: ꝯdensat ꝛ vnit. Ecce localis ꝛ essentialis. ¶ Uentosum calor. quod significat per ꝯtinuitatem idest per ꝯsistentiam ipostasis repellit per vaporem. ¶ Nec non. quod significatur per continuitatem ꝛ consistentiam ipostasis.

De sedimine qd deficit in differentiis bonis.

Ledit ꝛ incrudat sedimen quodcūq priorum.
Dissonus ꝛ varius faciens discrimina motus.
Seruatis reliquis si pendeat: aut petat altum.
Flamine ventoso digestio lesa probatur.
Saluo iure loci seruata lege coloris.
Uis ventosa mouet sedimen compage soluta.

¶ Expositio. Supius posuit auctor quinq dr̄ias seminis laudabilis. Hic determinat de ipostasi recedente a laudabili ꝛ dicit. ꝙ sedimen quodcūq deficiens in aliqua predictaꝝ quinq differentiaꝝ in quātū deficiet: in tātū deficit a laudabili sedimine. verbi gratia. Sedimen in colore albū ꝛc. deficiens ꝭm locum existens nebula vel nephilis deficit ꝛ recedit a laudabili ipostasi. per hoc enim significat ventositas. secunde digestionis: ꝛ ideo ratione ventositatis impellentis petit supius ꝛ efficitur nebula vel nephilis. Et ideo notandum ꝙ ipostasis ꝭm tria loca: que occupat in vrina: tres accipit denominationes. Si igit occupat fundū dr̄ sedimen. Si mediū dr̄ nebula: vel eneorima idest q̄si dependens ꝛ si supius sit impulsa rōne maioris ventositatis fortius impellentis nephilis appellat. Et sic ipostasis inquātum elongat a naturali efficit innaturalis. ¶ Saluo iure loci. Si ipostasis seruet locū ꝛ colorem. s. ꝙ sit alba ꝭm colorem ꝛ in fundo ꝭm locū ꝛ habeat substantiā diuulsam ꝛ non ꝯtinuā est innaturalis ipostasis ꝛ vituperabilis ꝛ significat tertiā digestionem turbatam fuisse ex ventositate. ¶ Commentū. ¶ Ledit ꝛ Specificauit auctor bonū ꝛ legitimum sedimen cū suis differentiis ꝓpriis ꝭm locū: colorem: substantiā: tp̄s ꝛ formā. Nunc ostendit ꝙ si sedimen peccet in aliq̄ istaꝝ dr̄iaꝝ vel ꝭm aliquas est inlaudabile ꝛ preter naturā. Si enim seruato colore ꝛ ꝯtinuitate non mutetur locus ꝛ fiat eneorima vel nephilis illa vituperabilis est: qꝛ significat secundā digestionem nimia ventositate esse impeditā. Si vero seruet locus ꝛ color: vt sit albus: ꝛ subsidens: ꝛ substantia pmutetur vt incontinua sit ꝛ indiuulsa: vituperabilis est: qꝛ significat tertie digestionis perturba-

tionem fieri ex ventositate: vt ventositas incidens:sediminis copaginē & ptinuitatem remoueat. ¶ Quodcūq prior. idest qcūq mutatio facta a prioribus differentiis. ¶ Faciens discrimina motus. idest faciens sedimen differre a laudabili sedimine. ¶ Motus dissonus & varius. pter mutationē factā in prio talis motus siue talis pturbatio ledit & icrudat sedimen:idest vitiosum & infame ostendit. ¶ Seruatis reliqs. idest colore & substātia. ¶ Si pendeat. idest fiat encorima. ¶ Aut petat altum. vt fiat nephilis. ¶ Saluo iure. idest pmanente substātia & albedine pseuerāte generata in 3ª digestione. ¶ Vis ventosa. generata in 3ª digestione. ¶ Mouet. idest diuellit & ptinuitatē iterruptā significat:& ne p hūc motū intelligat impulsionem & non disgregationem subiungit. ¶ Copage soluta. idest discontinuata.

Determinat de sedimine rubeo & subrubeo.

Subrubeum quoniam de sanguine constat aquoso.
Est peius rubeo.quāuis vicinius albo.
Designat rubeum:q longa sit eucrita febris.
Cum sit causa mali nature filius humor.
Leuis & excoctus resolubilis ac moderatus.

¶ Expositio. ¶ Cōparat auctor sedimen in colore rubeū ad subrubeū dicēs q sedimen subrubeū est vitupabilius rubeo sedimine cuius ratio qr sedimen subrubeum habet fieri ex sanguine aquoso & aliqliter indigesto & crudo ideo significat cruditatem materie & p pñs longitudinem morbi & p pñs ex morbi longitudine minat defectū virtutis. ¶ Quāuis vicinius. licet fm colorem appropinquet magis sedimen subrubeū ad albū q ipsum rubeū in digestione:tamen magis est elongatū a bono vt dr in commento. ¶ Designat. determinat de sedimine rubeo & dicit q inter oēs species sediminis:post sedimen laudabile melius est sedimen rubeū:qr tale fit ex sanguine bono & bene digesto qui aptus est faciliter conuerti in substantiā membror in 3ª digestione:& ita significat egritudo bene terminabilis & salubris:sed tñ longa:rationes patent in cōmento. ¶ Cōmentū. ¶ Subrubeū. Subiūgit de sedimine subrubeo qd vr ꝯ naturā q sedimen aliqd sit subrubeū vel alterius coloris q albi maxime cum sit supfluitas 3e digestionis decise a nutrimento membror. Nā membra alba sunt & nutrimentum ipsum album est. Et qd ab ipso nutrimento decidit debet esse albū qr nullū sedimen debet esse alterius coloris q albi:quid est g qd auctores dicunt qd aliqd sedimen est rubeū vel subrubeum. Rñdemus si sedimen est supfluitas 3e digestionis ꝯcedimus sedimen esse albū. Sed qñq nomine sediminis quadā vaga & cōmuni significatione intelligimus id qd in fundo vrine residet siue sit humor crudus siue sanguis siue putredo siue sanies vel globositas arene & fm talem intelligentiā aliqd sedimen dr esse

rubeum vel subrubeum. Subrubeum sedimen dr̄ esse malum: q2 significatur factum esse ex crudo ꝛ aquoso sanguine. Unde ꝯtinuatur ꝓlixitas egritudinis ꝓpter materiei cruditatem. Sed tñ non minatur periculum: q2 fit de sanguinea materia que temperata est respectu aliaꝝ. Sed mirum est qḋ auctoꝛ dicit. Subrubeū peius est rubeo. Nam albū ẜm se maxime est bonum. rubeū vero magis elongaꝭ ab albo ꝙ̄ subrubeū. Et subrubeū mediū est inter rubeum ꝛ album. nec potest fieri transitus de rubeo in album: nisi per subrubeū ex mediata digestione ergo cum subrubeum ꝓximius sit albo ꝙ̄ rubeum minus malū est ꝙ̄ rubeū licet dicat auctoꝛ ipsum esse peioꝛem rubeo. Ad hoc dicimus ꝙ subrubeū sedimen a natura decoctione magis elongaꝭ ab albo ꝙ̄ rubeū. Non enim fit subrubeū mediante digestione albei vel rubei. Sed potius ex crudo ꝛ aquoso sanguine qui ꝓpter cruditatem suā non potuit ꝑfecte excoqui: ꝛ rubificari: neqꝫ etiā sibi omnino sanguineā speciem adaptari. Rubeū aūt sedimen ꝓpinquius est ꝛ affinius albo: quoniā sanguis qui tantū pꝛecessit decoctus est: ex qua decoctione facta potest defacili membꝛis assimilari. ¶ Quāuis vicinius albo. Istam vicinitatem intellige ẜm coloꝛem tantum: ꝛ non ẜm digestionis mediationem. ¶ Designat rubeū. Determinat de rubeo sedimine ꝙ post albū inter species sediminis laudabilius est ꝛ ꝯuertibilius significat: tñ longā egritudinem ꝓpter abundantiā materiei ꝛ ꝓpter cruditatem. ¶ Eucritā. idest bene determinabilem ꝓpter sui temperantiā. Fit enim de sanguine puro ꝛ sincero qui membꝛis est amicabilis. Nā membꝛa dulcia sunt ꝛ sanguis est dulcis ꝛ de tali sanguine membꝛa nutriunꝭ. ¶ Eucritam. idest bene digestibilem ab eu qḋ est bonū ꝛ crasis vnde discrita contrarium significat. ¶ Filius nature. pꝛopter amicabilitatem quā habet cum membꝛis: ꝛ est descriptio sanguinis. ¶ Leuis. quia muliebꝛes habet qualitates ꝛ substantiā mollem ꝛ feruentem. ¶ Excoctus. idest digestus quod indicat mediocritas substantie. Nam si esset crudus exiret aquosus: si adustus grossus ergo quia bene est coctus ꝛ legitime digestus ideo mediocris. ¶ Resolubilis. idest aptus resolui ꝛ digeri in tertia digestione ꝛ hoc pꝛopter abilitatem suarum qualitatum. Est enim calidus ꝛ humidus que qualitates fauent digestioni. ¶ Moderatas.

Hoc potest referri ad temperantiam qualitatum vel ad temperantiam quantitatis: de qualitatibus constat. Sed moderantia quantitatis necessaria est. Est autem hec moderantia ꝛ pꝛopoꝛtio in mundificatione quātitatis: vt in duplo magis sit de sanguine in humano coꝛpe ꝙ̄ de flegmate. ꝛ in duplo plus de flegmate ꝙ̄ de colera. ꝛ in duplo plus de colera ꝙ̄ de melancolia ꝛ hoc manifestum potest esse diligenter intuenti.

De sedimine nigro sequitur.

Nature funestat opus culmēqꝫ vigoꝛis.
Altius euertit sedimen nigre speciei.

Quod summum tenet aut mediũ minus est viciosum.
Hoc tamen offenditur in pluribus illud in vno.
Plus numero peccat nephilis nigra non ideo plus.
Plus peccat sedimen nigrum sed non numero plus.
Defectum numeri cause violentia pensat.
Aggrauat ⁊ cumulat mala circunstantia morbum.

¶ Expositio. Determinat hic auctor de sedimine nigro. Et dicit ꝙ inter omnes species sediminis deterius ⁊ vituperabilius est sedimen nigrũ:quia significat mortificationem ⁊ euersionem caloris vel vigoris. Sediminis nigri tres sunt species ꝫm tria loca que occupat in vrina videlicet fundum aut mediũ aut superius. ¶ Qđ summũ. Dicit hic ꝙ sedimen nigrum qđ apparet in medio vrine vel in superiori parte vrine non significat tantum malũ:quãtũ sedimen in fundo existens:qđ quidẽ sit in fundo existens est in vltimo inlaudabile ⁊ malũ est. ¶ Hoc tamen. Hic dicit ꝙ sedimen nigrũ existens in medio vrine:vel in superiori parte in pluribus differentiis peccat:quia in colore:cũ sit nigrũ:in loco cũ sit altũ. Sedimen nigrũ in fundo solũmodo peccat in vna differentia.s.in colore solũ. In loco vero nõ:quia tenet locũ debitũ ⁊ legitimum sediminis naturalis. Sermo auctoris cõtinet falsitatem. Ex hoc qđ dicit sedimen nigrũ in fundo solũ peccat in vno:quia ꝫm veritatẽ peccat in multis.s.in loco.in substantia ⁊ in colore. In loco:quia si esset in medio vrine non tantũ esset malũ. Peccat ergo ꝫm locũ. Et ipse dicit ꝙ legitimũ locũ tenet qđ est falsum. Peccat in substantia magis ꝙ̃ suspensum vel altũ. Illud sedimen nigrũ qđ est in fundo quia est substãtie spisse ⁊ terrestris que nullomodo potuit subtiliari a calore ⁊ ideo magis peccat in substantia. Egidius vero istud non considerauit. Peccat etiã in colore vt dictũ est. Non ergo peccat solũ in vno nigrum sedimen in fundo. Sed peccat in multis:⁊ sic concluditur:ꝙ inter omnes species sediminis deterius est sedimen nigrũ ⁊ adhuc magis qđ est in fundo nigrũ. Et ista sufficiant de considerationibus vrinarum. ¶ Cõmentũ. ¶ Nature. In isto vltimo capitulo proponit de nigro sedimine qđ detestabilius est omnibus aliis speciebus sediminũ:quia significat mortificationem:quia nigrũ sedimen si occupat fundũ peius est quã. Eneorima nigrũ vt patet. Sed encorima nigrũ peccat in pluribus.s.in colore quia est nigrũ in loco quia est eleuatũ. Solutio licet eneorima nigrũ peccet in pluribus ⁊ sedimen nigrũ peccet in paucioribus:tñ maius peccatũ est i sedimine nigro ꝙ̃ sit peccatũ nigri eneorimatis quãuis peccet in pluribus. Quãtitas.n.qñq; vincit numerum in malicia. Nigrũ ergo sedimen peius est:quia significat cãm mortis magis abundare. Unde sedimen tale ex abundãtia sue maliciei ⁊ terrestreitate deorsum deprimit. Illud vero qđ significat cãm mortis:minus abundare sursum tendit. Uel aliter põt intelligi nigrũ sedimen significat calorem naturalẽ penitus esse extinctũ vñ ab ipso nulla põt fieri resolutio:⁊ quia nulla resolutio fit nulla generat ventositas in corpore:⁊ quia nulla generat ventositas:nulla põt esse

causa q̄ possit sedimen impelli in ptem supiorem: qđ est pp vltimatā extinctionem caloris naturalis. Et cū ex defectu resolutionis nulla generet̄ vētositas mortale est ⁊ summū piculū. Eneorima vero nigrū ⁊ si ostendat naturalis caloris extinctionem: tñ qꝛ est impulsio facta ex ventositate significat aliquantulū vigorē caloris naturalis: ex cuius resolutione ventositas processit q̄ sedimen impulit lr̄a plana est. ¶ Non ideo plus. idest in quātitate. ¶ Culmenq; vigoris. idest altitudinē vel formā piramidalem. Cū enim calor sit fortis suū subiectū eleuat sicut videmus: ꝙ iuuenes incedūt recti pp caloris multitudinē ⁊ fortitudinē. Senes aūt inclinati pp eius defectū: ⁊ calor huiusmodi reddit virtutē vigorosam. ¶ Vigoris. i. virtutꝭ. ¶ Alcius. idest ꝓfundius qꝛ in radice sua ⁊ ī centro suo. ¶ Q; summū.
Causa huius iā declarat̄ cū h' sedimen nigrū suspensum ⁊ altū plura indicat peccata q̄ꝫ sedimen nigrū residens qm̄ indicat ventositatē quā nō facit sedimen residens. Sed vı̄ ꝙ voluerit innuere ꝙ nigrum sedimen in fundo sit ī loco suo naturali. Sed nos dicimus prius ꝙ ille locus est ꝓprius ⁊ naturalis. Ipostasis naturalis ⁊c. Sed naturale ⁊ innaturale eundem locum naturaliter nō habebunt: ꝓpter hoc sane vel satis intelligit̄ rationis oppositio. hoc modo: sedimen natans aut suspensum qđ dicit̄ eneorima peccat in loco ex ventositate q̄ debilitat calorem naturalē ⁊ spargit ⁊ soluit eius cōtinuitatē. Unde peccat in duobus. Sedimen vero residens tantū in vno. Sed certe si velis subtiliter ꝑscrutari veritatē rei sermo auctoris est simpliciter falsus quoniā sedimen residens maiorem defectū caloris naturalis significat q̄ꝫ suspensum. Significat enim suspensum peccatū in substantia. Diuellitur enim substantia in eo. Sed sedimen in fundo: non. Et dico ꝙ sedimen nigrū residens plus peccat in substantia q̄ꝫ suspensum quoniā nullo modo subtiliatur a calore. Suspensum autem subtiliatur aliquo mō. Sed hic solū ad extrema respexit ⁊ ventositatem discontinuantem considerauit in suspenso: quia in alio neutrū inuenit. Et ideo plura peccata posuit in suspenso q̄ꝫ in residente cū ⁊ hoc sit propter ventositatem suspensum ⁊ aliud naturā: seu ipostasis proprietatem habet. ⁊ sic poteris aliquomodo auctorem defendere quoniā stuporem facit audientibus in suo modo loquendi. ¶ In vno residens. talis aut in vno loco. Vel dic ꝫm cū ꝙ si peccat in loco cum sit valde graue ꝙ hoc probat. ¶ Nephilis ⁊c. Plura peccata in numero significat tamen suum vitium in quātitate: ⁊ ꝫm veritatem nō est tantum quantū sediminis residentis. Residuū sermonis est intellectum. Et sic est finis ad laudem dei ⁊ beate marie virginis omniumq; celicolarum. Amen.

¶ Ultimū capitulū ponitur quo Egidius opus suū completum sigillat.

Nunc mea completo respira musa labore.
Stringe rotam:cursum cohibe:compesce fluenta.
Claude musandini torrentes fluminis vndas.
Non vltra equiuoci gazas prelata salerni.
Sparge nec vrsonis apices:nec dogmata mauri.
Sobria claude larem metuens liuoris ocellum.
Ne tecum moueat contraria secta duellum.
Discolus ⁊ mordax vehemens clamosus inanis.
Quem sterili lolio pascit farragine cruda.
Inflat ⁊ infatuat:mons pessulanicus errans.
Ne probis fontem laceret formeqꝫ nitorem.
Obfuscet maculis:vereor.clara basia figat.
Lenoni populo faciem.nec casta reueles.
Fimbria monstretur:quam non est tangere dignus.

¶ Expositio. ¶ Nunc mea. Completo opere suo:⁊ posita doctrina sua de vrina ⁊ vrine significationibus ⁊ eius contentis stilū sui operis narrando more metrice scribentium musam suam inuocans:primo finem suo operi assignans ipsum sigillat ⁊ claudit. Secundo autenticat ⁊ approbat hūc libellum auctoritate aliorum proborum virorum:quorum sententiam imitatus est. Tertio reprobat ⁊ vituperat medicos de pessulano monte et eorum sequaces:propter eorum errores.secunda ibi.Claude musandini. tertia ibi discolus ⁊ mordax.Et hec tertia pars diuiditur in tres partes. primo redarguit illos medicos.scdo reconciliatur cum magistris montis pessulani ne maledicat de ea.tertio vilipendit vulgares ⁊ idiotas ⁊ ignorātes vel scolares garrulos ibi.secunda ne probis ibi.tertia lenoni populo. ¶ Nunc mea. litteralis expositio. mea musa .i.doctrina. ¶ Respira. Idest finem imponas. ¶ Completo labore.i.finito libro. ¶ Stringe rotam. idest siste mobile ingeniū Egidii qui est capax omniū sicut figura circularis rote. ¶ Cursum cohibe. idest finias studiū:i quo nulla est quies sicut in cursu. ¶ Compesce fluenta. idest canones ⁊ regulas traditas in hoc libro. Nota ꝙ merito assimilat scientiā flumini:qꝛ sicut flumē cōtinue labitur ⁊ mutat:ita scientia a doctoribus tradita in suis opinionibus cōtinue seu quottidie diuersificat ⁊ innouat. ¶ Claude vndas torrentis fluminis musandini. idest inundationes documentoꝝ illius viri qui dictus est petrus musandinus:quem imitatus est egidius. ¶ Nō plata vltra gazas salerni equiuoci. idest tu musa nō extensa vltra thesauꝝ scientie ꝑbi medici de salerno:qui vir dicebat magister salernus. vnde salernus equiuoce dicitur de viro isto ⁊ de ciuitate in q̄ erat iste vir. ¶ Sparge nec vrsonis apices nec dogmata mauri. idest nō excedas terminos scīe magistri vrsonis ⁊ magistri mauri q̄ etiā de vrinis tractauere. ¶ Sobria. idest tu doctrina

mea. ¶ Claude lare. idest finē impone. ¶ Metuēs liuoris ocellū. idest paruū oculū: q2 de consuetudine inuidentiū alteri est subclaudere ⁊ puificare oculū: quo intuent̄ bona alioꝝ: vt fingant q̄si se nō videre talia bona. ¶ Liuoris. idest inuidie illoꝝ de monte pessulano. ¶ Contraria secta. Idest inuidoꝝ de monte pessulano qui egidio inuidebāt de tā ꝑclaro ope. ¶ Duellū. idest bellū. ¶ Mons pessulanicus errans. idest supbia medicoꝝ errantiū de monte pessulano. ¶ Discolus. idest diuersaꝝ ⁊ falsarū opinionū. ¶ Mordax. stimulans. ¶ Uehemens. potens ad maledicendū. ¶ Clamosus. idest sophista clamator. ¶ Inanis. idest vacuus scientia. ¶ Inflat ⁊ infatuat. supbire facit medicū ⁊ enunciare v̄ba parū ꝑfecta. ¶ Quē. .s. medicū. ¶ Pascit sterili lolio. idest inutili ⁊ mala doctrina q̄ lolio assilari pōt: qd alias segettes detur pat: ⁊ comedentibus multa inducit nocumenta. ¶ Ne laceret. idest medicus pessulanicus. ¶ Fontem scie tue. o mea musa. ¶ Probris. idest maledictis vel probis idest medicis de salerno qui ꝓbi ⁊ boni medici sunt. ¶ Formeq3 nitorem. idest splēdorē tue pulchritudis. ¶ Maculis. idest maledictis vereor. timeo. ¶ Clara basia fiāt. .s. cum sapientibus magistris ⁊ doctoribꝰ: vel figat. i. medicus pessulanus. ¶ Nec reueles. idest nec oñdas. ¶ Faciem. idest librū. ¶ Nec casta fimbria monstret. idest tua secreta ⁊ pudibunda q̄ sub vestibus ⁊ fimbria velant̄ nō monstrent̄. ¶ Lenoni populo. idest reportatori maloꝝ verboꝝ. ¶ Quā. s. fimbriā. i. secreta tua pudenda. ¶ Non est dignus tāgere. .s. populus leno ⁊ inuidus propter suā grossiciem.

Sequitur de modo iudicandi vrinas.

Iste est modus iudicādi vrinas: vnde sic est ꝓcedendū. ꝑº de colore. 2º de substātia. 3º de ꝯtentis. Est ḡ hic modus talis: q2 ꝑº scire debes cuius est vrina. s. viri vel mulieris. Itē vtrū iuuenis vl' senex: seu cuiuscūq3 etatis. Itē si est diu q̄ patit̄ vel nō h̄ est si egritudo de nouo orta sit vel antiq̄. Deinde sequit̄ iudiciū p hunc modū. Urina ista colorata est: colore nimiū citrino. ⁊ ideo attestat̄ colere rubee. Turbata est et obumbrata ex materia putrefacta ex̄ vasa: ⁊ ideo triteo simplici vel duplici laborat ex colera putrefacta ex̄ vasa: ille vel illa: cuius est hec vrina. Et h̄ dico quantū est de colore ⁊ sb̄a. Circulus est grossus ⁊ niger: ⁊ significat dolorē capitis in illo vel in illa cuius est vrina. Item sunt grana in circulo: ⁊ ostendunt reumatismū. vñ debet cōqueri de dolore capitis ex reumate ille vel illa. Sunt ibi alia grana q̄ distant linealit̄ sub circulo ⁊ tarde redeūt ad circulū: ⁊ oñdunt fluxū humoꝝ a capite ad pectus descendentiū in illo vel ī illa cuius est vrina. vñ debet ꝯqueri de dolore pectoris ⁊ grauedine: ⁊ p cōpassionē de dolore stomaci ille vel illa cuius est vrina. Itē est ibi nubes cū granis: ⁊ oñdunt siccitatē pectoris in illo vel ī illa ⁊c. Itē furfuree resolutiones ⁊ squamose vt petaloides ⁊ crinoides q̄ sūt sicut quarta ps grani p totū corpꝰ vrine: ⁊ oñdūt vl'em dissolutionē illiꝰ cuius est vrina. Itē est ibi

quoddã ꝯtentum arbomoſum nigrũ: ⁊ ſignificat dolorem ſub aliquo ipocundrio.ſ.dextro vel ſiniſtro: vnde debet ꝯqueri de dolore ipocundrioꝝ. Item eſt ibi quoddã cõtentum ſpermaticũ ⁊ trũboſum qđ habet pilũ eleuatũ: ⁊ ſignificat dolorem iuncturaꝝ illius cuius eſt vrina. Et non ſunt alie reſolutiones nec alia ꝯtenta: niſi iſta que dicta ſunt: niſi quadã que ſunt in fundo ſub forma cineris: quoꝝ quedã vergunt in flauedinem: ⁊ quedã in nigredinem: ⁊ habent adherentiã manifeſtã: ⁊ oſtendũt in mulieribus retentionem menſtruſtꝝ: vnde debet ꝯqueri de retentione mẽſtruoꝝ illa ⁊c. Hec eadem oſtendũt in viris opillationem viaꝝ epatis ⁊ ſplenis vnde debet ꝯqueri de dolore ſplenis ⁊ epatis. Item ſunt alia contenta que ſunt nigra opillatiua que quãdoq; apparẽt cum quibuſdã reſolutionibus ſquamoſis in fundo vrine ⁊ oſtendunt multã repletionem inteſtinoꝝ cum ꝯſtipatione ventris illius cuius eſt vrina. Et qꝛ ſapienti pauca ſufficiunt ideo hec ad preſens ſufficiant: qꝛ idem modus ⁊ idem curſus ſeruatur in oĩbus aliis contentis in quibuſcũq; vrinis appareant.

De contentis vrinarum colore ⁊ ſubſtantia.

¶ Color ⁊ ſubſtãtia vrine ſupra morbũ ſignificat. Cõtentũ ſignificat in quo membro materia morbi ꝯtinet. Item ꝯtentũ ſpermaticũ longum in forma pili in radice trumboſum ideſt groſſum atteſtari habet ſupra dolorem membroꝝ iuncturaliũ ideſt artheticã ſignificat. Itẽ ꝯtentum in fundo vrinalis groſſum albũ ⁊ trũboſum ⁊ q̃ſi maſſa carnoſa ſignificat diſſolutionem a renibus: ſiue deſcenſionem: ⁊ dicit incurabilis egritudo renũ.ſ.i ſubſtantia renũ qꝛ vrina tranſiens per renes cũ ſit mordicatiua vel incenſiua magis diſſoluit q̃ poſſit ꝯſolidare medicamina vnde incurabilis eſt. Item nebula in ſupficie apparens ſignificat dolorem ſpiritualium: vnde ſignificat ꝙ magnus dolor eſt in pulmone vel corde vel diafragmate. Itẽ grana ſub circulo ſignificant repletionem ſtomaci. Item in fundo grana reſidentia ⁊ nigra ſignificant repletionem ſtomaci. Item in fundo grana reſidentia ⁊ nigra ſignificant repletionem inteſtinoꝝ: ⁊ ꝙ feces ſunt putrefacte ĩ ĩteſtinis. Item ſquamoſa nigra cũ ꝯtentis nigris ſignificant conſtipationem. Item ſquamoſe reſolutiones ⁊ pingues ſignificant ſupra ethicam ſecũde ſpeciei. Circulus groſſus ⁊ aquoſus ⁊ granuloſus apparens cũ vrina diſcolorata ſcotomiam vel vertiginem cerebri oſtendit. Viridis color apparens cum vrina ſignificante febrem ꝯtinuã freneſim oſtendit. Item omnis ampulla groſſa ⁊ viſcoſa valde late apparens cum vrina remiſſa: dolorem renũ oſtendit. Cum vrina vero intenſa ⁊ pauca cruditatẽ vrine oſtendit. Item omne granũ in circulo cũ ſpuma interciſa reumatiſmũ oſtendit. Stans vero linealiter ſub circulo fluxum humoꝝ ad pectus vel ipocundria oſtendit. Si ex obliquo ſub medio circuli fuerit putrefactionem humoꝝ in ſtomacho oſtendit. Sed ſi cũ nubea aerea fuerit: calorem pectoris deſignat. Spuma apparẽs in circulo cũ vrina tincta ⁊ ꝯfuſa

excessum caloris innaturalis in mediis membris cū putrefactione humoꝝ
ostendit. Si viscosa ⁊ ampullosa fuerit longitudinem egritudinis signifi-
cat. Si crocei coloris fuerit calefactionem epatis significat. Si residet in
fundo cū spermaticis resolutionibus trumbosis vlceratione̅ vesice signifi-
cat. Item omnis pinguedo apparens in toto corpore vrine ꝓncipiū ethi-
ce significat. ¶Residens vero in fundo vrine liquefactione̅ renū significat.
Item humor residens in fundo cū co̅tentis cinerosis spermaticis grauedi
nem intestinoꝝ ostendit. Apparens sursum cū granulis offensam pectoris
ostendit. Item si sanguis apparet in toto corpore vrine vene ruptura̅ in
epate ostendit. Si paucus cū aliqua pinguedine in renibus ostendit ru-
ptura̅. Sed si paucus ⁊ trumbosus cū spermaticis resolutionibus trūbo-
sis ruptura̅ vene in vesica ostendit. Si arenosus cinerosus residens ī fun
do nefresim ostendit. Si cū substantia oleagina ethica̅ ostendit. Si vͦo fue-
rit cū vrina radiosa mundificationem splenis ⁊ epatis ostendit. Si vero cū
vrina liuente per totū habente spuma̅ ampullosam ⁊ alba̅ leucofantia̅ oste̅-
dit. Si cū vrina significante febrem dissolutione̅ corporis ostendit. Si vͦo
appareat cū vrina concussa habente circulū granulosum sciatica̅ ostendit.
Si vero appareat cū vrina significante flegma salsum scabie̅ ostendit. Ite̅
pilus apparens in toto corpore vrine: si vrina sit remissa macredine̅ totiꝰ
corporis ostendit. Si vero apparet in regione co̅tinuata ipsi circulo stri-
ctura̅ pectoris significat. Item longus pilus residens in fundo grauedine̅
renū ostendit. Ite̅ si furfur resideat in fundo cū squamis latis scabie̅. vesice
ostendit. Si in toto corpe vrine significantis febre̅: grauedine̅ ad motū si-
gnificat. Si cū vrina oleagina ⁊ liuente secunda̅ specie̅ ethice ondit. Si sa-
nies ⁊ ampla ⁊ lata resideat in fundo scabie̅ vesice ondit. Si vero fuerint
parue resolutiones admixte notis spermaticis sepatis co̅stipatione̅ ve̅tris
ostendit. Si vero in toto corpe vrine significantis febre̅ pigritia̅ ad motū
ostendit. Si cū vrina aliquantulū oleagina: prima̅ specie̅ ethice ondit. Ite̅
si athomi albi resident in fundo ⁊ cū vrina radiosa aut diaphana lepra̅ on-
dit. Si cū vrina granulosa artethica̅ significat. Si niger fuerit athomus
apparens in medio corporis vrine apostematione̅ membri ondit. Item si
contentū spermaticū coagulatū in modū bombicis resideat in fundo: mu-
lierem co̅cepisse significat. Ite̅ si pila fuerint lata: ⁊ in modū lane ⁊ cū circu-
lo granuloso paralepsim ostendit. Item si fuerit rotundū in radice cū quo
dam pilo sibi admixto artethica̅ ostendit. Ite̅ si contentū spermaticū fuerit
cū quada̅ nigredine stranguria̅ significat. Ite̅ si fuerint plura ⁊ lactea in to
to corpore vrine pollutionem aut coitū precessisse significat. Ite̅ si conten
ta cinerosa apparent in vrina separata vergentia ad albedinem quada̅ a ni-
gredine: intestinoꝝ repletione̅ ostendit. Ite̅ si ex toto nigra fuerit ⁊ grossa
⁊ separata retentione̅ emoroidaꝝ ostendit. Si ex toto nigra habentia ad-
herentia̅ retentione̅ menstruoꝝ ostendit. Si vero cū vrina grossa confusa
precipitationem matricis ostendit. Item si q̄da̅ alba queda̅ nigra habe̅tia
adherentia̅ cum vrina radiosa: opillatione̅ splenis ⁊ epatis ostendit. Item

ipostasis residens in fundo cum omnibus suis differentiis completam digestionem significat.

Docet vnde causantur colores.

q Ueritur de sufficientia colorum. dicendum est q̄ colores causantur ab humoribus. Sed omnis humor aut est simplex aut compositus: ergo causatur color aut ex simplici aut ex composito. Si ex simplici: sic habemus ex vnoquoq̄ humore vnum colorem. Unde a sanguine colorem rubeum obfuscū. A colera colorem nimiū citrinum. A melācolia glaucū. A flegmate album. Item possunt humores cōmisceri: ⁊ quorundam humorū commixtio est possibilis: ⁊ quorundā impossibilis. Possibilis est vt sanguinis ⁊ colere. Sanguinis ⁊ flegmatis. Flegmatis ⁊ melācolie. Melancolie ⁊ colere. Impossibilis commixtio est: vt flegmatis ⁊ colere: tamen admiscentur cū sunt in locis vicinis: sicut flegma in ore stomaci ⁊ colera i fundo. Est etiam impossibilis commixtio sanguinis ⁊ mlie. Si autem flegma admisceatur cū melancolia: aut illa commixtio erit equalis aut inequalis. Si equalis erit color karopos. Si inequalis. ⁊ flegma erit superabundans: erit color lacteus. Si mlia. erit color glaucus. Item si fiat commixtio colere ⁊ flegmatis. Aut erit equalis aut inequalis. Si equalis: erit color citrinus. Si ineq̄lis ⁊ flegma supabūdat: erit color pallidus ⁊ subpallidus. Si colera supabundat erit color subcitrinus. Si aūt obiiciat q̄ qn̄ colera supabundat debet esse intensior q̄ qn̄ cōmixtio est equalis. Rn̄dendū est q̄ nō dicitur color citrinus ex illa equali cōmixtione: sed ratione tempantie: quoniam caliditatem ⁊ siccitatē colere temperat flegma: ⁊ color citrinus est temperantior omnibus coloribus. Et propter hoc de tali commixtione est color citrinus non ratione intensionis ⁊ remissionis: sed ratione temperātie. Si fiat commixtio colere ⁊ sanguinis. Aut erit equalis aut inequalis. Si fit equalis: erit color ruffus. Si inequalis ⁊ colera supabundat: erit color subruffus. Si sanguis superabundat erit color rubeus. Itē potest fieri commixtio colere aduste ⁊ sanguinis adusti. Et illa commixtio Aut erit equalis aut inequalis. Si equalis: erit color inopos. Si inequalis ⁊ sanguis superabundauerit: tunc erit color rubicundus. Sed si colera superabundat sic erit color subrubicundus. Item colorē chianos ex cōmixtione omnium humorū corruptorū generatur. Color autem viridis ⁊ liuidis causantur ex albo ⁊ nigro. Si niger vincat album erit color viridis. Si albus vincat nigrū erit color liuidus. Et hec est sufficientia omniū colorum. Sed si queratur quare nō fit color ex aliis humoribus qui possunt commisceri dicendū est q̄ non conueniunt nisi in qualitatibus passiuis ⁊ color causatur tātummodo ab actiuis. Et sic est finis ad laudem omnipotentis dei ⁊ sue genitricis omniūq̄ celicolarum. Amen.

¶ Venantius mutius de camerino. Alexandro de bartholaciis de mon
te vlmi. ſalutem plurimā dicit. Suſcepi nuper amicoꝝ optime Alexander
ac patrie tue honor ⁊ decus communi iuuenū medicine ſtudentū vtilitate
ductus opuſcula duo corrigenda pulcherrima quidem maximeqꝫ cognitu
neceſſaria: quoꝝ alterum de pulſibus: alteꝝ de vrinis inſcriptū eſt. Hanc
emendationē meā cum alicuius docti peritiqꝫ iudicio ſubiicere vellem: tu
mihi occurriſti hac dignus cenſura. Noui enim iampridem ingenii tui acu
men: atqꝫ ſummam cum in aliis rebus omnibus: tum in hac medendi arte
diligentiam atqꝫ peritiam. Huc accedit noſter amor ac mutua beniuolen-
tia. qua effectum eſt vt tuum potius ꝗ̄ alicuius alterius examen ſubirem.
Probe nāqꝫ ſcio te (. vt verum amicum decet.) ab omni ſimulatione atqꝫ
adulatione alienum eſſe: ac precipue in hac re: que ſi recte perfecta fuerit:
nō dubito quin ⁊ vtilima ⁊ gratiſſima ſtudioſis iuuenibus ſit futura. Qua
re perlege queſo hec duo opuſcula atqꝫ caſtigationes meas diligenter per
pende. nec non vt tibi videbitur: corrige: quo audactius ea impreſſoribus
tranſcribenda tradere poſſimus. Vale.

q

Vattuor ſunt membra principalia: quibus humani
corporis machina firmis baſibus ⁊ fundamentis ro
borata conſiſtit. ſ. cerebrum. cor. epar ⁊ teſticuli. Di-
cuntur autem principalia non ꝙ ad cuiuſqꝫ horū in-
teremptionem ſequatur interemptio. ⁊ deſtructio
animalis. Ablatis enim teſticulis ab humano corpo
re: quāuis deformetur corpus: ⁊ in ſemineam dege-
neret naturam: non ideo interimitur: nec ſtatim ſubſtantie denegatꝰ. Sed
ideo principalia dicūtur: qꝛ toti corpori dominantꝰ ⁊ principantꝰ: ſm̄ diſpo-
ſitionē ⁊ ſm̄ moderationē virtutū. Scōm diſpoſitionē principantꝰ: qꝛ ſi in
vnū concurrant craſes principioꝝ ꝑfecte: ſm̄ eas totū corpus diſponetur.
Scōm virtutū moderationem: qꝛ in cerebro ꝑncipatꝰ virtus motiua ⁊ ſen
ſibilis: ⁊ principaliter in corde fundatꝰ virtus vegetatiua ⁊ ſpiritualis. In
epate principatꝰ ſiue dominatꝰ virtus augmentatiua ⁊ nutribilis: in teſticu-
lis luxuriatꝰ ⁊ iocundatur propagatiua ⁊ generabilis. Haꝝ quattuor virtu
tum cōmunior ⁊ vtilior ⁊ latius patens ceteris eſt nutribilis ⁊ natura ꝑor.
Nā ante anime infuſionem ſuos motus in corpore experitur. Cum enim
corpus humanum ſit fluxibile ⁊ tributarium diſſolutionis: neceſſario defi-
ceret: niſi virtus nutribilis deperdita reſtauraret: ⁊ toto tempore vnionis
anime ad corpus operatur ⁊ vniuerſam exiſtentiam committatur. Unde
iugis ⁊ inſepabilis comes ⁊ ſocia nature: ⁊ magis itrinſeca ⁊ fidelis ē. Vñ
cum virtus nutribilis non poſſit operari ſine fundamento cui innitur.
Et epar ſit eius principale ſubiectum vel fundamentum conuenit epar
prius eſſe formatum ceteris membris. Et corporis edificium ab epate tan
quam a fundamento primario conſurgit. ideo epar prima radix corporis
indicatur. Virtus vegetabilis et ſi ſit dignior quia corpus ad altiorem

locū vel gradū prouehit: ⁊ ipsum vegetabili splendore illustrat: tñ natura
posterior est. nec est corpori coequalis. Et si illud operet̃ ante infusionem
anime exil'r tamen ⁊ semiplene actionem suā exequitur. Ante infusionem
anime viuit corpus non anima nec animatione: sed vegetatione sicut ar-
bores spiritu viriditatis vegetant̃: toto vero tpe mutationis anime ⁊ cor-
poris spiritualis virtus aduegetat̃ vel negociat̃ super membrum in quo
fundata est: ⁊ virtus illa dignitate vel eminentia est in corde. Sed natu-
ra ⁊ tempore formationis posterius. Virtus motiua ⁊ sensibilis excellen-
tior est precedentibus prelatione dignitatis. Soli enim militat aīe. Item
ab anima procedit: sed est tempore ⁊ natura posterior. Nam ante anime in
fusionem virtus hec est impedita. Nec valet operari: propterea enim ex
infusione anime contrahit̃. Sicut autem virtus sensibilis posterior est: ⁊ tē
poris ratione: ⁊ nature conditione. Sic ⁊ membrum quod est huius virtu
tis fundamentum. postea est formatum. Quarta virtus que propagatiua
est ⁊ generabilis ceteris virtutibus indignior est; natura ⁊ tempore poste
rior indignior: quia non est substantialis corpori: nec adeo necessaria: nec
ad nature spectat essentiā: sicut cetere virtutes: sine quibus ⁊ earum etati-
bus non potest continuari essentia: ⁊ potest dici prior ex natura humane
complexionis ⁊ compositionis. posterior tempore ⁊ natura quia talis vir-
tus ad digerendum non mouet̃ in corpore ante infusionem anime nec post
infusionem ipsius nisi in tēpore pubertatis ossibus medulla repletis: aug-
mentatis humoribus: confortato calore naturali ampliatis meatibus cau-
sa coitus. etatis feruore concurrentibus. Tunc quidem hec virtus excel-
lenter ⁊ egregie ad sue operationis ministrationem vel ministeriū ex cau-
sarum humiditate prouocatur. Hec autem operatio est effrenis sicut alia-
rum virtutum. Cum enim effrenato cursu hec virtus aliquanto tempore
suam continuat actionem: eneruatur corpus ⁊ tabescit ⁊ in defectum de-
clinat corpus. Unde certum est ꝙ hec virtutis operatio non est ita substā
tialis nature ⁊ necessaria: cum ex sua continua actione corporis pariat de-
fectum ⁊ animale corpus iugiter ⁊ indesinenter expirat: inspirat ⁊ respi-
rat ⁊ anima vegetabili illustratum continue membra digerunt: appetunt:
retinent: ⁊ vt ab aliquibus superfluis corpus mundent: continue mouent̃.
Sunt itaqꝫ huius virtutis hii effectus magis effrenes ⁊ magis violenti ⁊
nequaqꝫ virtutis generalis effectus: cuius operatio in multis suspendit̃:
in quibus ad petram continentie paruuli allidūtur. In aliis vero propter
frigidam testiculorum crasim talis actio impeditur: quia ex causis ad coi-
tum concurrentibus priuantur. inde est: ꝙ hec virtus nature non conue-
nit: nisi propter propagationem vt rerū genera per multiplicationem par
ticularium ne intereant conseruantur. Homo. n. non continue durat: opor
tet ergo: vt permaneat successiue virtuti propagatiue suū membrum simi-
le ⁊ ꝯforme: principalibus ceteris indignius: ⁊ posterius tempore sibi for-
mā speciem vendicauit. Cum itaqꝫ cor ⁊ epar tanto principis preiudicio
ꝑferant̃: ideo ꝭm crases istorum membrorum teste Gall. in tegni: Totum

corpus disponetur ⁊ non a cerebro non a testiculis asserit Gallienus totũ
corpus suam trahere dispositionem.sed cordi tantum ⁊ epati hoc debetur
inde est ꝙ veterum phoꝝ studiosa intentio ad horum membrorum natu-
ras ⁊ habitudines inuestigandas fuit maxime laborari.sed non potuerũt
melius perpendi ⁊ expressius inuestigari ꝙ̃ iudicio pulsuum ⁊ discretione
vrinarum. Videtur.n.fideli testimonio dispositionem epatis ⁊ membroꝝ
sibi communicantiũ dilucida. Pulsus vero cordis habitudinem:vite te
norem:spirituum assistentiã declarat. De doctrina vrinarum varii ⁊ multi
plices tractatus reperiuntur propter quorum ꝯfusionem libellum noue
editionis componentes sub volumine breuitatis ꝯstruximus:vt schola-
rium nostroꝝ eruditionem consuleremus ⁊ communi vtilitati inseruire-
mus:qui liber incorrectus ⁊ incastigatus a nobis est elapsus. Subito.n.
in lucem prodiit:⁊ non expectans tempus edictionis legitimũ factus est
abortiuus:vt non de facili posset reuocari cum iam in manus plurium ve
nerit scriptura mala attritus:⁊ dedignatus abscondi:est in labiis singulo-
rum qui ꝙ̃uis cum palam liuoris morsibus obtrectẽt:ex eo tamen suam
locupletant paupertatem ⁊ penuriã:⁊ sui intellectus reficiunt ariditatem.
Doctrinam pulsuũ pauci aut nulli dederunt perfectam:vel non diminu-
tam dederunt scientiam. Gal.vero ex multa prolixitate voluminum ⁊ li-
brorum varietate:⁊ verborum prolixitate confusionem induxit:⁊ verita
tem turbauit. Omnis.n.confusio nouerca est veritatis Eustachius in pã
tegni de doctrina pulsuum intendens multas varietates ⁊ differentias ꝓ
ponit:que per sui multiplicitatem vix possunt comprehendi loquelis ra-
tionis humane. Philaretus autem sub tanto breuitatis volumine predi
ctorum confusionem studuit coarctare qui caribdim confusionis volens
effugere in sillam obscure breuitatis:que obscuritas est inimica doctrine.
vnde liber Philareti iudicio meo a ꝯsortio horum librorum:⁊ artis di-
gnus est prophanari. Verũtamen nos meliorem eligentes semitã breui
tatem ⁊ confusionem abhorrentes de pulsuũ differentiis componentes li
bellum ex vtroqꝫ ꝯtemperamentũ facimus vt mediocritate seruata schola
rium nostrorum qui doctrine nostre edulio cibantur intelligentie seruia-
mus. Scribimus aũt fm artificiũ metrice positionis siue rationis vt ver
ba nexibus pedũ ligata sub sigillo memorie fidelius claudantur ⁊ certior
doctrina operetur. Ab huius operis vestibulo planeticos ⁊ falsos discur
sores monachos qui norma religionis abutentes pelle monachali remo-
ta de huius artis mysterio presumimus vt prophanari. Talibus.n.hu-
ius operis secreta nollumus propalari: nec margarite spargende sunt
porcis:nec phie mysteria diuulganda sunt imperitis. Omnes ergo tales
sic submouemus:vt que cape intellectu nequeunt ad ea legenda videant
indigni. Que vero in aliquoꝝ libroꝝ principiis inuestigari solent:in hu-
ius operis etiã principio inuestiganda occurrunt.s.que sit auctoris inten
tio:que causa intentionis:que vtilitas.ad quã partem phie expectet:qui
modus agendi:que libri diuisio:qui libri ordo tractandi:qui titulus. In-

tentio auctoris est in hoc opere doctrinam tradere de pulsibus compendiose ostendendo immutationem pulsuum ⁊ causas immutationum ⁊ genera ⁊ differentias. Causa intentionis est communis omnium.s. vtilitas ⁊ latinitatis indigentia de doctrina pulsuum. Utilitas est presentium humani corporis dispositionum cognitio:⁊ futurarum precognitio:⁊ preteritarum rememoratio:⁊ hoc tam in sanis q̄ in egris ⁊ in neutris. Liber iste pro maiori parte pertinet ad philosophiam ⁊ mediante philosophia ad naturalem scientiam.s.ad physicam. Modus agendi est diffinitiuus ⁊ diuisiuus. Diffinitiuus:quia omnia genera pulsuum diffinit ⁊ significationes differentiarum determinat:ꝙ ad diffinitiuam pertinet doctrinam. Diuisiuus:quia omnia genera pulsuum in diuersa partitur ⁊ cause immutationum in diuersas species trina sectione distribuitur. Diuiditur ergo in tres portiones liber iste.in prima agit generaliter de decē generibus pulsuum diffiniendo ⁊ de quinqꝫ considerationibus ſm quas differentie pulsus discernuntur. Secundo de speciebus generum ⁊ de circunstantiis ⁊ causis ex quibus pulsus nominatur. Tertio asserit principaliter de significationibus pulsuum. vnaqueqꝫ tamen partitio suum habet ordinem tractandi sibi specialem ⁊ proprium:quod ex littera erit manifestum. Titulum erubesco exponere:quia: Pascitur in viuis liuor post fata quiescit: Cum suus ex merito quēqꝫ tuetur honor. Sed ne huius libri auctoritas in laudem detractoris infanda tituli mutatione conuertatur:ne alius grana que non seminauit colligere presumat.demisso vultu ⁊ verenda fronte titulum supponimus:vt detractor falsigraffus nostram monetam ingenii ⁊ laboris:alia imagine ⁊ adulterina:effigiare non possit. Tunc ergo sit titulus talis.

FINIS.

¶ Incipit liber magistri Egidii de pulsibus metrice compositus.

Ngenii vires modicis conatibus impar.
Materies onerosa premit perplexa figuris.
Ardua difficilis nodosa imperuia paruis:
i Ardua mollimur nulli tentata priorum.
Qui tanti prerupta maris transire volentes.
Non freti ratis officio vel remigis vsu.
Sed pedibus metricis ⁊ sicco calce vadamus.
Artificis tractum fidis in concina recusat.
Verbaqꝫ iunctura non articulata decenti.
Nexibus arctari metrice compaginis horrent.
Quanto res grauior quanto minus apta resolui.
Ad veniam tanto procliuior esse meretur.
Ipsa rei grauitas siquid peccauerit auctor.
Offensam culpe leuat absoluitqꝫ reatum.

¶ Incipit commentum magistri Gentilis de Fulgineo super tractatu pulsuum magistri Egidii.

Ngenii vires. Auctor more recte scribentis operi suo prescribit proemium in quo leges: ⁊ debita proemii decen-
i ter exoluit. Captat enim beniuolentiam auditorum cum ostendat vix oratione metrica tractari posse. Tractatus vtilis est valde ad doctrinam. ¶ Materies. Attentionem excitat vbi arduitatem materie ꝓlixitatēqꝫ insinuat. In vtroqꝫ vero docilitatem venatur quod ex littera perpendimus. ¶ Materia est de pulsuum diuersitate. ¶ Onerosa. idest grauis ⁊ difficultatis molle comprimens ingenium tractandi. ¶ Premit. Vires ingenii humiles ⁊ debiles respectu difficultatis. ¶ Perplexa. idest intricata ⁊ iuoluta ad naturam reducit. ¶ Figuris. idest variis ꝯ̄riis dictis in mutationibus ⁊ significationibus pulsuū quibus ipsa materia figurat. ¶ Ardua difficilis. Hec oīa inculcāt difficultatem operis: ⁊ hic excitat attentionem. ¶ Nulli tentata. idest nulli precessoꝝ nostroꝝ ausi sunt aggredi tanti ꝓlixitatem opis: ⁊ arduitatem pedibus metricis innodare ¶ Qui tāti ꝑrupta. idest materie ꝓfunditatem que mari cōparat propter ꝯfusionem. Non freti ratis. idest ꝓsaice orōnis. Prosaica orō assimulat rati ⁊ metrica pedū vadationi. Materia pulsus est ꝓfunda ⁊ cōparat mari p quādā methaphorā. sicut enim nauta in mari in naui firmissima existens ꝓfundū maris securius penetrat qꝫ si pedes ire ꝑsumeret. Sic aīus mare tractātis tā ꝯfuse materie remigio ꝓsaice orōnis melius ⁊ securius ptrasit qꝫ si inde pedibus metrice orōnis eandem materiā aggrederetur transmeare. ¶ Fidis inconcinia. Alia methaphora per quā difficultas operis datur vel ostenditur.

tracta est a cithara τ fidicula.que si cordas habeat dissonas τ incontinuas: nec plectro artificis bene preparatas siue temperatas:ad tactum nullam reddit consonantiã. Sic etiã hec materia tantã habet verboꝝ inconsonantiã τ incõtinuitatem ꝙ ex eis metrice orationis resultare sonoritas vix poterit. ¶ Quanto res grauior. Per hoc petit veniam si aliquid peccauerit in tractando excusans se a difficultate materie.

De ꝯplxione cordis τ forma τ cõpositione τ de officio eiusdem.

Cor vite sedes vitalis fida caloris.
Mansio:nature basis vnica sol microcosmi.
Viuifici thalamus:tronus τ penetrale vigoris.
In quo fonticulus scaturit qui fomite puro.
Membra regit vegitat auget disponit adurit.
Hinc stabiles numeros τ physica vincla requiras.
Ex quibus humane constant fundamina vite.
Ex sementinis hanc incolit insita causis.
Et sibi germanam reddit vis ignea sedem.
Unde datur membro species cognata calori.
In conum consurgit apex:terrestria fundant.
Edificantq́ basim sursum leuiora feruntur.

¶ Cor vite. Finito proemio aggreditur propositũ principale vt tractet de materia pulsuũ sed anteq́ aggrediat suã materiã τ pulsuum distinctionem q̃dã preambula p̃mittit τ antecessoria ad principale:quibus lector ad intelligentiam sequentiũ promptior expeditioni accedat. Primo itaq́ differit de complexione cordis τ de forma τ compositione τ officio eius qđ a complexione τ forma trahit originẽ. Et notã ꝙ supremus artifex disposuit ꝓuide cuncta.τ cor quasi queadmodũ solem in medio microcosmi locauit ipsumq́ valde calidũ ignitũ rotundũ concauũ τ cõuexũ stabiliuit faciendum q: est fundamentũ calidi naturalis τ vitalis:spiritus domiciliũ:cuius beneficio totũ corpus calesit τ vegetatur. Omne enim calidũ teste Philastrato velociter mobile de natura. Cor enim necessario oportuit mobilitati acquiescere vt per eius motũ vitalis spiritus infunderetur in membris cuius infusio vniuersum corpus habet vegetare τ viuificare. rotundũ est sed tamen nõ expresse sed pmanet in modũ coni dispositũ:q: rotũda forma amica est τ consentanea motionis. Sentit nãq́ Phs:ꝙ omne rotundũ de natura sui est mobile vel volubile. Item forma rotunda pfectior est τ incorruptibilitati magis vicinatur ꝓpter carentiã anguloꝝ. Dicit.n. Constantinus in libro oculoꝝ:ꝙ forma rotunda in lateribus est elisa circũquaq́ decliuis non habens angulos in quibus contineat superfluitas prestitura lesionem que si haberet angulos in quibus macula supfluitatis adheret:cor esset trigonũ vel alterius forme:τ in angulis rubigo adherens cãm disso-

lutionis prestaret. cor est conuexum ⁊ concauū: vt intra sue concauitatis cellulas sanguinem cū spiritu naturali sibi ab epate missum acciperet ⁊ vitalem spiritū in se liberius contineret: ⁊ vt etiā aerem a pulmone spiratum promptius attraheret ⁊ ad temperandū calidū innate estuationis. nam si esset intus solidū ⁊ expers conuexitatis mediarū partiū interpositione impediretur constrictio ex qua consurgit dilatatio. Interdicta vero dilatatione ⁊ constrictione nulla vitalis spiritus per arterias exsufflatio fieret: ⁊ ita a naturali officio intra cor necessario deficeret. ¶ Cor vite. idest sedes vniuersalis viuificationis domicilium. ¶ Fida mansio. idest fidelis habitatio. ¶ Vitalis caloris. idest spiritus a quo omnia membra calefiunt. ¶ Basis vnica. idest fundamentū. sicut enim fundamentum est id quo edificium innititur: ita tota microcosmi machina corde tāq̄ firma basi ⁊ precipua roboratur. ¶ Vnica. nō sola sed principalis. Sunt equidem alie bases microcosmi: sed hec est precellentior vt a principio. i. proemio docuimus vbi quattuor principaliū membrorum multa discussimus. ¶ Sol microcosmi. Sicut enim in maiori mundo qui dicitur macrocosmus solis beneficio omnia irradiantur illustrant calefiunt ⁊ confortantur: ⁊ augmentanda augmentantur: terre nascentia ad conceptionem ⁊ partū vocantur. quādo vero absentatur a nobis ad oppositā regionem: ⁊ ad antarticū delegatur cardinem: ⁊ quādo nubes sua oppositione nobis suū furant aspectum: inferiora suo fraudantur beneficio ⁊ aer tristis ⁊ caliginosus damnat ob absentiā caliditatis. Simili modo a sole nostri corporis: idest cordis oīa membra calefiunt vegetantur ad nutrimentū ⁊ ad reparationem deperditarum partiū inuitantur. Et si nubes fumositatis ipsum obtenebraret: vel alia causa repentina immutteret: ad eclipsim pperat corpus humanū: ⁊ luce vegetationis priuat. ¶ Viuifici thalamus. In thalamo luxuriant ⁊ iocundant homines: lasciuiunt ⁊ recreant tristes ⁊ inopportunos ⁊ supstitiosos absentant. Similiter in thalamo cordis in q̄ celebrant animo nuptie et nature viuificis spiritibus mediis tāq̄ seruis ⁊ vernaculis ministrātibus nature anime mr̄imonio gaudens ex oblectamento tpantie hilarescit ⁊ confortat nubere: melancoliā ⁊ rancorem eliminat. ⁊ sanguine puro ⁊ sincero sue recreationis adipem sortit. Ideoq̄ iure cor thalamus vitalis spiritus ⁊ vigoris dicitur. ¶ Tronus. q2 sicut in trono principant reges: sic ī corde regnat ⁊ suū imperiū tenet calor naturalis. ¶ Penetrale. Secretior pars domus est. ⁊ cor est corporis humani pars secretior ad quā tanq̄ ad magis clausam aliis partibus extinctis vis mortificationis tardius erumpit vnde mors describit extinctio caloris naturalis in corde. sic enim non pōt vita debellari: nisi eius turris principalis obseruetur. Cetera mēbra quasi mapalia ⁊ appendentia castro: quibus abruptis principatus vite nō derogat. ¶ In quo. .s. corde. ¶ Scaturit. idest ebullit ⁊ estuat. Riuorum ⁊ aquarum est de terra scaturire: que de terra extra impetuose saliunt ⁊ erumpunt. Aqua nāq̄ feculenta limi viscositatis ligata nō scaturit. Calor quidem in corde scaturit ad similitudinem aque salientis. Ecce q̄ fonticu-

lus.i.vitalis spiritus cum sanguine mũdo defecato:fons iugiter manans:
saliens in corporis vitam:nec arescere potest nisi cum violentia siccauerit
mortis:qui.s.fonticulus membra regit tanq̃ presens ⁊ patronus corporis
⁊ cor ea substentat. ¶ Vegetat. idest viuificat sua infusione vel natura
mediante per membra.¶ Auget. quia vigore vitalis spiritus ⁊ anima-
lis naturali mediante corpus nutritur ⁊ augetur. Cum enim mortificatũ
est corpus:⁊ a vitali spiritu destitutũ non nutritur. Qualiter vero in ani-
me infusione nutriatur corpus:⁊ ante infusionem spiritus vitalis ⁊ anima
lis montipedensibus soluendũ relinquamus:vt inde modicũ exerceantur.
¶ Disponit. idest totum corpus sue complexioni assimulat ⁊ confortat:
vt totum totaliter acceptũ.nã ossa nõ possunt primo mutari a sua crasi:cũ
sint frigida ⁊ sicca:sed ptes toti corpori cões:qd plenius i tegni debet dici.
¶ Adaurat. idest euentat ⁊ refrigerat ⁊ attracti aeris mulcebritate con-
temperat.aliter enim totũ corpus a vehementia estuationis candesceret:
nisi aer attractus a corde ⁊ aspiratus a pulmone flabello sue euentationis
ipsum demulceret.¶ Hinc. idest ab ipso corde tanq̃ a fundamento natu-
re.¶ Tu requiras. o phice rimator.¶ Stabiles numeros ⁊ phica vin
cula. idest ꝓpositiones firmas que in numeris attendunt:⁊ phicales mo-
dos ⁊ inuisibiles gũphos quibus aĩa est corpori irretita.Est.n.certa men-
sura ⁊ certa ꝓportionum meta in qua qualitas cordis in toto corpore ⁊ in
quolibet alioꝝ membroꝝ calor debet excedere:que si infra illam metã sub-
sistit magis q̃ natura possit substinere:vel suam metã trãsgrediatur:vita
destruitur.¶ Phisica vincula. idest vitalis spiritus naturalis ⁊ anima
lis:quibus mediãtibus anima ꝯiungitur corpori.illi nanq̃ spiritus licet in
discretis locis habeant generari:tamen in corde robur:⁊ inde confortatio
nem recipiũt.ex caliditate etiã cordis ⁊ naturali spiritu virtute caloris de
purato in corde vitalis spiritus reperitur ⁊ animalis. ¶ Ex sementinis.
dixerat cor esse solem corporis:⁊ fundamentũ caloris naturalis:nũc assi-
gnat quare ita sit.¶ Quia vis ignea. idest naturalis calor ꝯtractus ex
primis componentibus que cause sementine sunt ⁊ originales:hãc sedem
cordis inhabitat.⁊ quodã federe germanitatis eam sedem deuotius am-
plectitur:licet enim in qualibet pte corporis sit calor tanq̃ regitiuus totius
corporis cor tamen sibi quasi firmam ⁊ stabilem appropriat mansionem.
¶ Unde datur. Probat ex forma cordis:cor esse naturalis caloris ha-
bitaculum habet siquidem formã pineatã ⁊ cono similem in imo grossum
⁊ rotundum quedã latitudine orbiculari diffusam:superius vero tenden-
tem in accutũ:que forma rei accõmodata ex virtute igneitatis ignis natu
rali motu suo tendit ad altũ vel in accutũ.Ex grossioribus ergo ptibus ⁊
aquosioribus plus grossiciei ⁊ terrestreitatis habentibus:fit in imo cor-
dis ampliatio aquose partes impedite a terrestribus:non sequuntur mo
tum intime ꝯstrictionis. Ex alterutra ergo partium contradictione eius
pars inferior grossa quadam orbiculatione rotundatur. Ignee ergo par-
tes ⁊ aere sursum rapte impetu caloris raptu ꝓprie leuitatis ascendentes:

tendentes in accutum cordis summitatem in modum coni vel piramidis constituunt. sed obiicit quare cor in humano corpore sic dispositum est: q̄ sm̄ dispositionem cordis cor in summitate grossum est: τ inferius accutū. Unde sm̄ dispositionem istā ratio predicta infringitur. Ad hoc dicimus q̄ sm̄ grecos homo dicit antropos: quasi sursum conuersus: τ assimilatur arbori inuerse. sicut enim arbor inuersa habet radicem ɔstitutā sursum: τ a radice ramos procedentes inferius: sic homo cerebrum que est radix totius corporis habet superius ortum. cetera vero membra a cerebro tāq̄ a radice mediantibus neruis progredientia habet constituta deorsum: ita sm̄ dispositionis huius ordinem cor in superiori parte obtusius est. inferiori vero respectu huius ordinis accutius est: sed naturali ordine positionis inspecto: cum omnis radix debeat supponi τ rami eleuari erit sm̄ hunc nature ordinē cor in summo accutū τ in imo grossum τ obtusum. ¶ Basim. idest fundamentum substātie cordis: quod ex terrestribus partibus in imo residentibus compositum est.

De motu cordis.

Effreno rapitur motu: nunc surgit in arsim.
Nunc aduersa thesis ipsum premit emula centri.
Continuo motu res feruida posset aduri.
Deficeret: traheretq̄ sui dispendia motus.
Sed pulmo madidus: crudiq̄ humoris alumnus.
Multis distinctus cameris fouet ignea cordis.
Blando concepti spiraminis ore flabello.

¶ Effreno. Postquā egit auctor de complexione τ forma cordis τ officio: ostendit hic motum eius. Ad hoc sciendum q̄ sunt tres motus in humano corpore. Primus nature tantum: Secundus anime. Tertius anime τ nature simul. Motus nature effrenis est τ necessarius irrationabilis τ violentus ex quo incepit: desinere nescit: donec compleatur. Unde reprehendimus errorem quorundam qui asserebant motum cordis fieri per quosdam neruos descendentes a cerebro: ad lacertos pectoris: quos lacertos ipsi nerui mouent. Lacerti moti mouent thoracem: τ secū trahūt pulmonē: pulmo motus cōmouet cor: q̄ ab aula mee speculationis arbitror esse in sufflādū. Motus enim cordis vt ait Galī. naturalis est: nec est in nr̄a potestate: vt possit differri: vt motus anime. Motus anime voluntarius est τ ratio subiacet voluntati: τ ratione moderat: τ administrat per neruos τ spiritū animalem: qui aīe neruaculus τ pambulus est. Hunc motum possumus differre τ retardare ꝓut volumus: sicut motū manus vel pedis vel alterius membri. Tertius motus qui medius est: pulmonis τ thoracis: est ibi ptim naturalis. Unde rx toto non potest differri necessitate inducente legem motionis: partim voluntarius est. vnde ad tempus

differri potest ⁊ voluntas arbitriū sequitur: quādo flatum suspendimus:
⁊ ab inspiratione cessamus. In eo. n. ꝙ differri potest ꝓcedit ab anima ⁊ est
voluntarius in eo ꝙ ex toto differri non potest. sed necessitate respirandi
in actū reduci cogit: a natura ꝓcedit: ⁊ est vl̃is. Non est itaqꝫ ꝓportionalis
motus cordis motui pulmonis: motus enim cordis prius duplicatur vel
triplicat ꝙ̃ motus pulmonis vel thoracis ꝯpleatur semel: motus thoracis
est ꝓportionalis motui pulmonis. Et motus cordis non r̃ndet motui pul
monis. verū est si dexterā manum sup̱ leua mamilla applices vel si pulsuū
in arteriis discernis naturā: ꝯpies triplicem motū prius cordis. ꝙ̃ semel
ꝑfici motū pulmonis. Sed motui arteriaꝝ proportionalis est motus cor-
dis. Moto nāqꝫ corde mouetur arteria tota. sicut moto baculo in manu:
mouet̃ manus ⁊ etiā baculus in sūmitate in medio ⁊ in principio: videtur
enim alicui arteriā moueri sed posterius ꝙ̃ cor cum non moueatur nisi ex
motu cordis. Spiritus enim vitalis qui cor dilatat ⁊ arterias non potest
esse simul in corde ⁊ in arteriis: sed tractu t̃pis a corde in arterias diffun-
ditur. Unde motui cordis dilatatio arteriaꝝ successiua esse videt̃. qđ sol-
uant montipedenses. Motus itaqꝫ cordis qui ẜm assignatam rationem
effrenis est ⁊ necessarius duplex est. Alius est simplex alius compositus.
Simplex qui tantum consistit in dilatatione vel tantum in constrictione.
Qui ex dilatatione ⁊ constrictione consistit compositus est ⁊ ꝯstat ex con-
trariis motibus. Diastoles dilatatio ⁊ arsis sunt idem. Sistoles vero con
strictio ⁊ thesis sunt idem. Et est diastoles motus cordis ad extrema. Si-
stoles est circunstantiū partium reductio ad centrum. Impetus ergo cor-
dis ⁊ vehemētia spiritus in p̃electis operatur dilatationem: ⁊ tantum du-
rat dilatationis motus ꝙ̃tum permittit impetus caloris ⁊ vehementia si-
ue violentia spiritus impellentis. Diastolem itaqꝫ operat̃ caliditas indu-
cēns ebulitionem ⁊ spiritus impellens cessante itaqꝫ aut languente violen
tia impulsionis remittit̃ motus dilatationis. Et tunc ex terrestri substan-
tia cordis propter vehementiam partium extremaꝝ ⁊ grauitatem eaꝝ fit
compressio cordis ⁊ extremarū partium adinuicem reductio. Motionis
vero cordis varie ⁊ differentes sunt cause: que a nobis quattuor esse di-
cuntur. Calida cordis complexio. Forma eius ⁊ compositio cum terre
stri substantia ⁊ spiritus cum fumosa superfluitate innatus. Quarta cau-
sa potest dici siue esse spiritualis virtus que a tribus precedentibus pro-
cedit. Sed qualiter ex spiritu impellente tāꝙ̃ ministro: ⁊ calore tāꝙ̃ artifi-
ce fiat dilatatio plenius ostendemus. Sanguis per concauā venā ab epa
te cum naturali spiritu per dexterā cordis auriculā ingrediens cordi mi-
nistratur: in cuius concauitate sanguis receptus locum calidissimum inue
niens incipit ebulire ⁊ ebuliens resoluitur: rarificat̃ in fumū ⁊ spiritum.
Differt autem fumus a spiritu. Spiritus enim subtilior est: fumus autem
grossior. Et est spiritus inter ignem ⁊ aerem medius igne obtusior ⁊ aere
subtilior. Fumus est inter aquā ⁊ aerem medius: aere grossior ⁊ aqua sub
tilior. Fumus itaqꝫ ⁊ spiritus generati in corde per viam rarefactionis

amplioꝛem locum occupant ⁊ coꝛdis ꝯcauitatem replent ⁊ diſtendunt. inde fit coꝛdis dilatatio. Qꝛ autem coꝛpus rareſactum maioꝛem locū occupet ꝓbari poteſt auctoꝛitate ratione ⁊ exemplo. Dicit enim Ariſ. ex vno pugillo aq̄ multos fieri pugillos aeris: h̄ idē ſimilit̄ ex aliis. Primū argumentū pōt adduci. Si caſtanea integra ignito cineri apponat̄ caloꝛ ignis humiditatem caſtanee in fumū reſoluit: fumus reſolutus multo maioꝛ eſt q̄titate quā habuit maſſa ex qua generat̄: vnde maioꝛem locum occupat: ⁊ locū inter coꝛticem ⁊ caſtaneā replet ⁊ diſtendit. Et cum intus nequeat contineri quia inititur ad vapoꝛationem ex quadā violentia ſurſum mouetur: ⁊ ſecum caſtaneam depoꝛtat: nec eam repꝛimi ꝑmittit: donec erupto coꝛtice euapoꝛet. Similiter fit coꝛdis dilatatio: ex fumo ⁊ ſpiritu amplioꝛem locū q̄ ſanguis occupantibus. Sed ꝯſtrictio coꝛdis ex ſola eius ponderoſitate efficit̄: ſicut ad depꝛeſſionem caſtanee ſola eius grauitas ſufficere videt̄. Cum enim motus coꝛdis ſm̄ diaſtolem ⁊ ſiſtolem triplex ſit cauſa: calida complexio: compoſitio: ſpiritus cum fumo innato. ſciendū q̄ virtus operatiua que eſt quarta cauſa procedit ab hiis tribus: que ſic deſcribitur. Uirtus motiua eſt motus coꝛdis ⁊ arteriaꝝ ꝛc. Obiicitur de compꝛeſſione coꝛdis videtur q̄ non ſit operatio virtutis. Nam quādo incipit compꝛeſſio: virtus operari deſinit nec iam aliquem motū exercet. Item nec virtus poteſt operari niſi aliquo ſpiritu mediāte: ſed in compꝛeſſione non mouet̄ ſpiritus: nec per ipſum compꝛeſſio fit: ſed potius ex coherentia partiū coꝛdis: qui cū ſit grauis. ſubſtātie virtus ſue grauitatē deoꝛſum depꝛimit. Non ergo operatiua virtus eſt motio coꝛdis ⁊ arteriaꝝ ſm̄ diaſtolem ⁊ ſiſtolem ſed ſm̄ diaſtolem tantū quod obuiat auctoꝛi. Hoc argumentū ſoluendū relinquamus hiis qui in talibus negociātur vt habeant materiā litigandi. Hiis explanatis litterā exponamus. ¶ Effreno. ideſt violento ⁊ neceſſario ⁊ naturali intellige de compoſito motu qui ꝑtes applicat: cum ſubdit. ¶ Nunc. ideſt quandoq̄ ſurgi. ¶ In arſim. ideſt in diaſtolem ex caloꝛe ebulitionem faciente ⁊ ex ſpiritu impellente. ¶ Nūc. ideſt aliquādo cōpleta dilatatione: ceſſante impulſione ſpiritus. ¶ Theſis. ideſt ſiſtole. ¶ Aduerſa. quia ꝯtrius motus diaſtoles. ¶ Premit ipſum. .ſ. coꝛ ex coherentia ⁊ grauitate ꝑtiū. ¶ Theſis. dico. ¶ Emula. ideſt familiaris ⁊ amica. ¶ Centri. ideſt ꝯuexitatis coꝛdis. ¶ Continuo. dixerat coꝛ effreni ⁊ violento raptu motū. vnde cum ſit calidū ⁊ indeſinenti ⁊ in frenato motu agitet̄: poſſet inflāmari: ⁊ incādeſcere: maxime cū ſit calidū ⁊ ignitū. Et ibi phicalis methodus q̄ ſolida coꝛpoꝛa maxime ſint calida ex motu calefiūt nec tantū calida: imo etiā que frigida ſunt: ⁊ terreſtria. In q̄drigis ⁊ molendinis circa axem vbi voluitur rota ex impetu effrenate volutionis ignē accendi videmus. Qḋ ſi fuerit in coꝛde humani coꝛpis deficeret ⁊ diſcrimen diſſolutionis īcurreret: qḋ ne fiat natura poruida ⁊ diſcreta ⁊ in cūctis ſuis opationibus ſedula: diſpenſatrix pulmonē ꝯſtituit: tāq̄ famulū ⁊ camerariū coꝛdis: qui ventilabro ꝯcepte aereitatis ꝯtempat coꝛdis feruoꝛem: ⁊ igneā eius faciem flabello blāde euentationis

emulcetet. ¶ Sed pulmo madidus. quia est flegmatis receptaculū: ⁊ multa eliquatione humectat. ¶ Crudiq; cruoris. i. flegmatis q͛ est crudus humor: ⁊ primus indigestoꝝ: vt dicit Aristoteles ⁊ Isaac i libro vrinaꝝ: spumositatem sanguinis sibi attrahit pulmo ab epate vt inde flegma faciat: et calidū suū contempet. ¶ Multis cameris. idest casulis ⁊ spongiositatibus quibus incameratus est: vt intra sue camerositatis ventriculos maior etiā quātitas valeat cōtineri: ⁊ fidelius ⁊ diutius retineri. nā si plana esset sibi conuexitas exps spongiositatis aer intus cōceptus statim exiret nec stabilem haberet mansionem: sed ex quo est calor cameris concauis intricatus diutiūs commorat: cuius diuturna cōmemoratio cordi necessaria est plurimum ad tempamentū ⁊ refrigeriū inspirationis. i. aeris inspirati.

De causis motus cordis.

Cordis forma crasis fumus vis spiritualis.
Vernula virtutis tribuens spiramina membris
Sunt arsis cause thesis ex sola grauitate.
Perficitur: dum deprimitur substantia per se.
Hunc regit ⁊ celebrat nature regula motum.
Cuius vis anime membris infusa vigorem.
Suscitat ⁊ reliquos virtutis temperat vsus.

¶ Cordis forma. Que sunt cause motus cordis? dicit quarta distinctio que suā lucē ex p̄cedentibus vendicauit. ¶ Forma. quātum ad eius rotunditatem: que forma mobilitati congrua est. nā omne rotundū est mobile de natura. ¶ Crasis. idest calida eius cōplexio. omne nāq; calidū de natura velocit͛ mobile: sicut omne frigidū tarde mobile. ¶ Fumus. ex sanguine resoluto generatus: per partiū rarefactionem: vnde ampliorem locū occupans inflat cor ⁊ dilatat. ¶ Vis spiritualis. idest existens in ipso corde. ¶ Vernula virtutis. Spiritus vitalis minister opationem secū defert: ⁊ virtutem spiritualem. ¶ Tribuens spiramina. idest spiramina vegetationis toti corpori infundens. Hec oīa p̄dicta cause sunt. ¶ Arsis. Idest diastoles. ¶ Sed thesis. que est extremaꝝ partiū reductio ad centrum. ¶ Perficitur. ex sola grauitate ⁊ coherentia ⁊ terrestreitate substantie. ¶ Cum deprimitur. i. in motu proprie grauitatis: nulla spiritus impulsione ad hoc operante. ¶ Hunc regit ⁊ celebrat. Dixerat auctor motum cordis esse effrenem ⁊ necessariū: quia fit a natura tantū. Inde videtur alicui ꝙ soli nature attribuendus esset motus cordis: ⁊ ꝙ omnino a virtute anime alienus. ideo ostendit ꝙ q̄uis fiat a natura principaliter: tñ vigorem sue formationis sortitur ab anima sed probat ꝙ motus cordis tm̄ ex anima procedit. Dicit Constantinus in pantegni: ꝙ virtus quedā attinet nature tantū: ⁊ dicitur naturalis. Alia est q̄ corpus viuificat ⁊ cor dilatat ⁊ arterias: ⁊ iteꝝ cōstringit q̄ ad animā attinet: ⁊ dicitur spūalis. Tertia

est q̄ sensum ꝛ voluntariū motū perficit.s.animalis.ꝛ ex hoc videtur quia virtus spiritualis q̄ cordis motū opatur:tantū ꝑcedit ab anima. Ad h̄ dic̄ Constantinus cū dicit virtutem spiritualem ad animā pertinere:non ideo dicit:qꝛ vitā ꝛ primordiū sue essentie summat ab anima:sed qꝛ ex infusione anime suā pfectius exequit̄ actionem. Ante enim infusionem anime inerat tm̄ ꝫm habitus.sed anima infusa est ꝫm actū. vnde ex infusione aīe omnes virtutes corporis in suis explendis actionibus fortiores existunt.

De descriptione pulsus.

Innatum recreet vt mulcebris aura calorem.
Et procul absentent fumose vmbracula nubis.
Spiritus vt digno reparari fomite possit.
Exarsi atqꝫ thesi conflatur motio cordis.
Que pulsum faciat ꝛ vite consona fiat.
In pulsu resonant tenor:ꝛ concordia vite.
Sinzugie vitalis amor modulamina cordis.
Intima temperies:animi secreta voluntas.
Augma:paroxissmus:status ꝛ peryodicus error.
Morborum cretici motus:quid fata minentur.
Quid possit lachesis:quicquid parat exitialis.
Antropos:ense necis dum fila sororia rumpit.
Urine fraudes aperit discretio pulsus.
Certificatqꝫ fidem:pulsus confirmat ꝛ vnit.
Judicii genus in speciem censura reducit.
At pulsu dubio medici mens pendula mutat.

¶ Innatum. Quid sit motus cordis:ꝛ quibus causis concurrentibus fiat:ꝛ quid operet̄ motū cordis:aut anima:aut natura dixit:qꝛ aut ex motu cordis:aut ex causis motū cordis opantibus ꝑcedit pulsus:ideo insinuatiue ponit descriptionem pulsus. Cū tota huius opis doctrina de pulsib9 constituat̄:ex ratione ꝓpositi tenent̄ pulsus assignare descriptionem.describitur a Pħo sic: Pulsus est motio cordis ꝛ arteriaꝝ ⁊c.hec autem diffinitio itelligenda est p causam:nō p essentiā suā:sicut sunt multe diffinitiones huius artis. Pulsus.n.non est illa motio que est in corde cū ipsa sit singularis:ꝛ pulsus sit in arteriis a corde remotis.motus tamen cordis causa est illius motionis que est in arteriis:ꝛ q̄ est pulsus.sicut.n.ex motu arboris sequitur motus frondiū ꝛ fructuū:nec tm̄ vnus est sed alius:licet ab altero fiat.sic ꝛ in pulsu:mouetur.n.cor ꝛ dilatatur.ex cuius motu vitalis spirit9 impellit̄:ꝛ impulsus arterias mouet:quaꝝ motus est pulsus.vnde pulsum sic possumus diffinire: Pulsus est motio ex diuersis motibus cōposita in mēbro cōcauo ꝛ arterioso facta a motu cordis ꝛ quarūdā arteriaꝝ procedens a virtute operante spiritu mediante. Potest etiam dici ꝙ diffinitio

physicalis est per essentiã vt pulsus sit motio composita ex motu cordis ⁊ motu arteriaꝝ. Ex diuersis nãq; motibus potest conflari vna motio cõposita. hec itaq; motio cordis erat motio que est pulsus ⁊ motio arteriarum. Similiter erat pars eiusdem. Ille ergo qui tangit pulsum sentit ptes: non ergo sentit motũ cordis. sed istud ꝓpendit ex motus arteriaꝝ cognitione. Litteram expone taliter. ¶ Motio talis. que pulsum facit est composita ex motu arteriaꝝ ⁊ cordis. ¶ Conflatur. idest componit. ¶ Ex arsi ⁊ thesi. idest dilatatione ⁊ sistole. i. motio cordis ⁊ arteriarũ composita ꝺm diastolem ⁊ sistolem consideratur sequitur. ¶ Ut mulcebris. Hic assignat vtilitatem pulsus. vnde hec clausula non est de diffinitione sed ad vtilitatis expressionem annexa est sicut in diffinitione physicali adiungit hec clausula ad infrigidationem caloris innati. Est autem vtilitas pulsus vt suo motu calefiat corpus ⁊ ex aere inspirato a pulmone spiritus vitalis reparetur. illius. n. attracti aeris pars euaporat per poros corporis: quedã a calore consumit quedã a cordis constrictione in pulmone expirat: quedam retenta subtiliatur: ⁊ depuratur: ⁊ ex ea vitali spiritui annexa ⁊ adiuncta vitalis spiritus reparatur. ⁊ hoc est. ¶ Ut mulcebris aura. idest aer inspiratus. ¶ Recreet. idest emulceat ⁊ contemperet. ¶ Innatũ calorem. idest naturalem qui aliter estuaret ⁊ incenderet. Nota duplex est calor innatus vnus contractus ex primis componentibus ⁊ est principalis qui in mortuo subiecto a substãtia non recedit: qui iugis est ⁊ comes perpetuus assequa subiecti quem violentia mortificationis non potest subuertere. Caro. n. leonina q̃uis sit mortificata tamen colerica est ⁊ calida in quarto. ⁊ in corpore suscepta dissoluit ⁊ febrem ꝓuocat. vnde hec non est nisi ex calore ĩnato. Est ⁊ alius calor innatus contractus ex influentibus ⁊ infusione spirituũ ⁊ humorum: ⁊ est actu tantũ: qui substantiam relinquit. ⁊ iste ex aere recreatur: ⁊ distemperatur: ⁊ nõ alius. ¶ Umbracula fumose. idest superfluitates q̃ recepte in corpore obnubilarent ⁊ obumbrarent vitalem spiritũ. ¶ Absentent. idest exsufflentur a corde ad pulmonem: ⁊ a pulmone exterius emittant. Hic potest queri quãdo sufflamẽ suspendimus quo aera cor attrahit: in quo superfluitates expellit. Dicitur ꝙ in spiramine fit attractio aeris. qui aer per tracheã arteriam ad pulmonem transmittitur: ⁊ in pulmonis cauernulis suscipitur: nec ad cor aer ille totus transmittitur duplici de causa: tum quia cor totius aeris attracti ad pulmonẽ capax non esset: cuius pulmo est capax tãq; macer membrũ: tum q2 eius partem in se continet: vt licet aer ab exterioribus nõ attrahatur: cũ cor inueniat aerem in pulmone quem posset attrahere. ⁊ q̃uis pulmo repletus sit aere: ⁊ cor habeat in se sufficientem aerem quo possit foui: vnde videtur ꝙ longo tempore possit teneri aer nullo mediato suffragio ab aere exteriori: tñ hoc fieri nõ potest: quia cor semper in cõstrictione que successiua est dilatationi fumosas superfluitates emittit: q̃ transmisse ad pulmonem si non possent exsufflari nec in corde cõtineri iteꝝ ad cor reuolute ⁊ reciprocate vitalem spiritum ingrossarent: qui naturaliter debet esse subtilis. vnde ingrossato ni-

mis spiritu: nimia dilatatio cordis fit & extrema gaudiũ redire prohibent. Si. n. est nimia subtiliatio spirituũ quibusdã est causa mortificationis. vñ nutriti in aere grosso: si transirent ad regionem calidã in qua defecatus est aer cito morerent: qz spiritus vitalis nimis subtiliat: & preter naturã debilitatur. nec potest cordis grossiciem ad plenũ dilatare: indeq̃ syncopizãt: & syncopizantes suffocantur. inde est q pisces nutriti ex grosso aere aque ab aque extracti ad ipsum aerem qui subtilior est moriunt. sed quidã tardius vt anguille; quidã citius vt allecia: quidã medio tempore vt lucii & barbelli. Et quare hoc fiat inuestigent socii. Similiter dico nimia spiritus vitalis ingrossatio pter naturã facit incurrere mortem. vnde homines de Lybia si transirent ad aerem spissum non diu viuerent: nec nos in aerem eorum diu possemus viuere: pter eandem causam: quia spiritus vitalis ex inspissatione vel inspiratione q̃ preter naturã suscipitur: corrumpitur & ideo ĩspissato & implente latera cordis spiritu: cor immoderate dilatatur: qđ cum metã sue dilatationis excedit impedita cõstrictione: facit ad interemptionem animalis. Sunt. n. due cause mortificationis immoderata. s. dilatatio & constrictio. sicut. n. corpus animalis dilatationem nisi debitã habeat. viuere nõ potest: & consequatur constrictio & constrictioni succedat dilatatio: sic ex impedimento vel immoderantia dilatationis & constrictionis periculũ mortificationis incurritur. Et vt viuat humanũ corpus non sufficit inspiratio nisi respiret. hec autem fiunt ẜm vicissitudinem dilatationis & cõstrictionis cordis. inde est q ex risu & nimio gaudio multi propter nimiã dilatationẽ syncopizant: & syncopi perseuerante moriuntur. Dum. n. pro immoderata dilatatione fumose superfluitates impedita constrictione nõ exsufflantur: sed in corde retinentur: retente inspissant vitalem spiritum: qui debet esse subtilis: qui inspissatus preter modum extinguitur: sicut ig..s ethereus igniens aerem quando motus ignis cõmunis ad grossiorem descendit aerem. dũ. n. ingrossatur natura subtilis egreditur & extinguitur. Similiter ignis in stupa accensus in ore ioculatoris tenetur quia ex flatu & anhelitu ingrossatur & anteq̃ egredi possit extinguitur. Simili ratione ignis existẽte aere nimis humido & pluuioso vix potest ardere: qz ex aere pluuioso inspissatur. Etiã ex gaudio fit syncopis alia ratione: quia impedita exsufflatione vitalis spiritus non potest reparari animal: quo deficiente cessat sensus & voluntarius motus animalis. Naturalis etiã calor in corde ex fumosis superfluitatibus retentis anihilatur: sicut ex gaudio fit syncopis & mortificatio quãdoq̃ propter immoderantiã dilatationis. ita ex tristicia & terrore plurimo accidit propter immoderantiã constrictionis. Cũ. n. laterales partes cordis inmoderate constringunt exclusa vacuitate. ideo in corde nullus aer recipitur: nec fit respiratio aeris: q̃ est necessaria ad tempandum feruorem cordis & vitalem spiritum recupandũ. Hec vero omnia variantur intenduntur aut remittunt ẜm differentias cordis. quoddã. n. cor molle est & tenerum & lapsam habet substantiã tale cor gaudio superueniente ex obedientia suarum partium amplius dilatatur: & vehementius. Et hoies

talis cordis facilius syncopizant: ⁊ fortius. Et si ꝯstituant in balneo aereo
carente respiraculis syncopi cito periclitant. habētes vero durū cor ⁊ terre-
stre ⁊ compactū ex gaudio syncopizant tardius: q2 duricies cordis resistit
dilatationi immoderate. Sed ex tristicia adueniente citius syncopizant ⁊
fortius: quia duricies partiū ⁊ grauitas iuuat excessum constrictionis. hu
iusmodi habentes cor durum valde si ingrediantur fornacem vbi est aer
subtilissimus propter conflationem metallorum vehementer syncopim in
currunt ex defectu dilatationis: quia vitalis spiritus in duro corde debet
esse grossus. ⁊ a subtilissimo aere valde subtiliatus non potest latera cor-
dis ad modum debite dilatationis propellere. Inde ꝯuenit ꝙ pueri citius
syncopizent q̃ viri. ¶ In pulsu resonant. Insinuata pulsus diffinitio
ne: oportet vtilitatem pulsus declarare. s. declaratio consistentie ⁊ habitu
dinis corporis temperati vel eius distemperantie: vel discretio passionū
⁊ affectionū anime delucidatio temporum: ⁊ accutarum egritudinum: di-
stinctio futuraꝝ crisium vel ad bonum vel ad malum cognitio vite ⁊ mor
tis: abradicatio fraudum: ⁊ delusionū vrine certificatio. que omnia ex sen-
tentia littere melius clarebunt. ¶ Tenor. idest subtilitas vite ⁊ integri-
tas ⁊ eius ꝯcors ꝯtinuitas sm̄ naturalem legem corporis ipsius. ¶ Re-
sonant in pulsu. idest manifestantur per pulsum. sicut. n. per sonum de-
claratur claritas metalli: ⁊ cymbali bonitas vel malicia. sic per pulsum q̄si
per quendā sonum: quia in ipso pulsantur arterie ex motu spiritus impel
lentis declaratur distemperātia vel temperantia humani corporis: ⁊ non
solum per pulsum ea cognoscuntur. ¶ Sed amor. idest pax ⁊ conside-
ratio vniuersalis. ¶ Sinzugie. idest vite humane: que per quādam sin-
zugiam ⁊ proportionalem concordiā quattuor elementoꝝ in corpore con-
sistit. per vitalem sinzugiā potest intelligere admirabilem compaginem: ⁊
matrimonialem cōplexionem vel copulā inter corpus ⁊ animā. ¶ Mo-
dulamina. idest temperamenta non solum cordis: sed interioꝝ membroꝝ:
que corde bene se habente fortiora ⁊ temperantiora sunt: sicut eo male se
habente languent ⁊ fatiscunt. ¶ Secreta voluntas. idest passiones ⁊
affectiones anime: sicut gaudium ira tristicia animositas timiditas auari-
cia liberalitas: quoniam immutant pulsum: ⁊ etiam per pulsum declarant:
quāuis distinctio talium sit difficilis. In gaudio enim quia cor mediocri-
ter dilatatur propter temperamentum affectionis: ⁊ quia sanguis: tempe-
ratus est humor: qui in gaudio mouetur: cor paulatim ⁊ temperate ab in-
terioribus ad exteriora diffunditur. vnde pulsus temperato processu in
magnitudine augmentatur: ⁊ mediocriter inter fortem ⁊ debilem ⁊ velo-
cem ⁊ tardum sibi vendicat. Non. n. multa refrigeratio necessaria est pro-
pter caloris temperamentū. In ira quia calor impetuose ab interioribus
ad exteriora diffunditur: ⁊ colera estuosa est: quia in ira mouetur: ideo ex
ira repente pulsus in magnitudinem surgit: ⁊ impetuositate colere ꝓuo-
catus neglecta formidine velocitatem ⁊ frequentiā assumit. vnde si talis
efficiatur pulsus preter naturā corporis: sine febris irritamento: sine cor-

poris exercitio: colligi potest: quia talis ex ira fiat. Et iram significat maxime cum ira sit feruor cordis &c. In quo ex desiderio vindicandi: cũ vindicta fiat per exteriora: extra calor prorumpit furiosus. Hic vero pulsus qui fit ex ira fit fortis magnus frequens et velox: tamen inter molliciem et duriciem fit mediocris. In tristicia et timore pulsus parui et debiles fiunt: quia calor ab exterioribus ad interiora reducitur: et ex motu melancolie que dominiũ habet in timore pigritatur calor naturalis et sanguis: et confortato motu melancolie et sedes et segnis et quasi congelatus efficit: vnde pulsus paruus debilis et occultus tam in timore magno q̃ in tristicia propter motum subitum terroris: et tristicie liuorem. Sed si timor aliquantulum durat et moretur quousq̃ virtus debilitetur: et spiritus torpeat et pigritet: fit pulsus vermiculosus: deinde formiculosus. In terrore vero cũ calor naturalis subito intra propellitur: virtus modo quasi timida fugit: modo quasi se defensura reuertitur ex duplicitate talis motus fit pulsus velox tremens et inordinatus. Si ergo timor perseueret pulsus pulsui tristi similis redditur. sed si tardauerit quousq̃ debilitetur: fit pulsus vermiculosus. Ex magnitudine et audacia naturali contracta. et ex humida et feruenti natura cordis fiunt pulsus magni et fortes. Et ex pusillanimitate et timiditate fiunt pulsus parui debiles. Ex liberalitate et largitate magis aperti et temperati. ex auaricia contrarium. ℂ Augma. Non solum passiones anime per pulsum innotescunt. Sed quattuor tempora egritudinis accute: et qualitate paroxismorum: et quantitates parodorum. In principio egritudinis accute fiunt pulsus magni et veloces: minus tamen q̃ in augmento propter cruditatem humoris. Et quia calor ex multa materia oppressus eam non sufficit ad plenum resoluere in augmento egritudinis calore iam adulto materia amplius solui incipiente et inualescente calore pulsus maiores et fortiores occurrunt. In statu pulsus ad magnitudinem et velocitatem pulsuum accedunt propter accumen caloris. In declinatione tepescente calore minorantur pulsus et tardi fiunt. q̃ autem declinatio fiat: sic cognosces. Si precesserit crisis: vel si etiam sine omni crisi materia est consumpta: quia sepe contingit eam febrili calore consumi sine alia purgatione: et tunc eger incipit esse compos sui: tunc est declinatio morbi: et tales pulsus boni sunt. Si vero nihil horum precesserit: et eger sit mente stupidus et debilis. et sensibilitatis diminutio: tales pulsus pessimi sunt: quia ex defectu morbi non fiunt: sed nature: vnde dicit Philaretus: Rari pulsus semp sunt difficiles. ℂ Augma. idest augmentũ egritudinis. In augmento intellige principium. ℂ Paroxismus. idest exacerbatio egritudinis proprie cum sit in accutis: quia oxi dicuntur: idest accute: ideo paroxismos habent. pulsus instantiam paroxismorum indicant: quia tunc fastidiosus magis et vehemẽtior erit. ℂ Status. idest status parodi. ℂ Et parodicus error. idest accessio interpollata quantum ad interpollatas: que per circulares et parodicos motus resoluuntur. Pulsus interpollatam

febrem significat quia continet suam velocitatem ꝛ frequentiam. Sed ceteris temporibus lacessit:ꝛ ceteris temporibus inualescit. habet se tantū ad significandum interpollatam. ¶ Morborum cretici motus. idest de terminationes accutarum que crises dicuntur. ¶ Quid minentur fata. Tria sunt fata.i. tres parce cloto lachesis ꝛ antropos. Cloto est motio de non esse ad esse:ꝛ est generatio. lachesis est productio ꝭm ꝯtinuitatē existendi. Atropos est corruptio.i. egressio a substantiali statu siue conuersio de esse ad non esse. tota vis vel facultas parcaꝝ in pulsu exultat. ¶ Urine fraudes. Hic ponit vltima vtilitas considerationis pulsus: quia nature iudiciū ꝑ ipsuꝫ certificatur:ꝛ per ipsum fraudes vrine ꝛveritas apit. Urina nāqꝫ considerata fallit medicum: nisi eius iudicium per pulsum certificetur. Nam si pulsus vrine consentit: tunc est iudicium vrine bonum. Si autem dissedeat malum est. Cum.n. proportio adsit signorum vnit iudiciū.i. ad vnitatem iudicii reducit. ¶ Genus in speciem. Urina quādoqꝫ apparet rubea ꝛ turbulenta in colore ꝛ substantia:ꝛ distemperantiā significat corporis.s. calorem:ꝛ ideo egritudinem significat in genere: sed quia talis potest apparere ex multis causis: sicut ex febre vel apostemate vel ex ruptura vene vel epatis calefactione: vel ex inordinato exercitio: sanguine plus iusto fluente: q̄uis significent egritudinem ī genere tamen non determinate ꝛ diffinite significant eam. Sed adhibita significatione pulsus:ꝛ ꝯsideratione genus specificat: determinat ꝛ declarat q̄ sit egritudo in specie vtrū febris vel alia. ꝛ si febris vtrū continua vel interpollata.

¶ Incipit principale propositū de decem generibus pulsuum.

Uinqꝫ modis ꝓbat artificis solertia pulsus.
q Ex quibus elicit numerus generum duplicatus.
Ex forma motus tria: magnū: forte: citatum.
Molle parit plenum: calidum: substantia membri.
Ex quibus ꝛ primis series senaria surgit.
Spissum constituit mora: que discriminat arses.
Qui pede dactilio passim declinat ab alto.
Et qui deficiens surgit: viresqꝫ resumit.
Ex collatiua thesium ratione notatur.
Tāqꝫ precipuis adiuncta nouissima primis.
In quibus est motus discors: vel consonus vnus.
Ordo: vel aduersus numeri ratione notatus.

¶ Executis quibusdā antecessoriis ꝛ preparatoriis necessariis ad subsequens.s. de officio cordis ꝛ forma ꝛ complexione de intentione ꝛ causis intentionis. de diffinitione pulsus: de vtilitate considerationis pulsus. his inquā diligenter pertractis aggreditur auctor principale propositum vt instruat doctrinā de pulsuū generibus. Sūt itaqꝫ genera pulsuū diuersa:

⁊ diuerse pulsuū differentie ƀm diuersas differentias meᵉ ꝯsiderationes. ⁊ sunt decem genera pulsuū: ⁊ quinqꝫ ꝯsiderationes. A quinqꝫ.n. ꝯsiderationibus decem genera pulsuū oriunt. ¶Prima ꝯsideratio meᵉ attenditur circa proprietatem motionis arterie. nā motio arterie est talis: que est magna: parua: mediocris: vel fortis: debilis: vel mediocris: vel velox: tarda: vel mediocris. Ab hac prima ꝯsideratione que circa proprietatem vertit tria genera pulsuū attenduntur ⁊ nascuntur. ¶Primū genus pulsuum est magnus paruus ⁊ mediocris: vt sub vno genere ꝯtraria colligamus quorum eadem est disciplina. Secundū genus fortis debilis ⁊ mediocris: que similiter sub vno genere reputantur. Tertium genus est quod ab eadem consideratione trahit originem. s. velox tardus ⁊ mediocris. ¶Primū genus pulsuū diuiditur in longum curtum ⁊ mediocre: latum strictum ⁊ mediocre: apertum occultum ⁊ mediocre: quoꝝ omniū significationes cause ⁊ diffinitiones patebunt ex littera vel ex littere consideratione. Secunda consideratio vertitur ƀm consistentiā organi. i. arterie que est organum ⁊ instrumentū pulsus est. aut arteria huius consistentie: quia ipsa est dura mollis ⁊ mediocris: vel plena vacua ⁊ mediocris: calida frigida ⁊ mediocris. hec proprie pertinent ad arteriam. pulsus nāqꝫ proprie non dicitur calidus mollis: nisi gratia arterie: que talis sentitur. Ab hac ꝯsideratione sumuntur tria pulsuū genera: durus mollis ⁊ mediocris: plenus vacuus ⁊ mediocris: calidus frigidus mediocris. Tertia consideratio pulsus sumitur a diastole ⁊ sistole: idest ƀm spacium quod attenditur inter dilatationem ⁊ ꝯstrictionem: licet. n. constrictio non occurrat sensui tamen per spacium ⁊ morā que est inter dilatationes constrictionis mora perpenditur: que si sit magna: fit pulsus paruus: ⁊ rarus. Si parua fit freqns. Ab hac itaqꝫ ꝯsideratione elicitur septimū genus. s. rarus frequens ⁊ mediocris. Dicit Constantinus in pantegni ꝙ septimū genus ex parte quietis est: ⁊ adducit auctoritatem Gal. dicentis: ¶Pulsus in dilatatione ⁊ ꝯstrictione quietes habet duas. vnā cum pulsus in dilatatione sua extrema digitoꝝ percutit. ⁊ hanc exteriorem vocat quietem. ⁊ hanc sensibiliter inuenimus. Quies secunda est cum pulsus in constrictione ad centrū suū redit. ⁊ hec quies non est sensibilis: quia non facile sensu cognoscit vel percipitur: sed ꝯstrictionis mora ex dilatatione cognoscitur. Quarta consideratio versatur circa collationem aperte more: ⁊ occultā proportionem eaꝝ. Si. n. plures sint aperte more ꝗ̄ occulte pulsus est incidens. i. propter maiorationem sui in notitiam sensus nostri cadens. Si autem sint plures occulte ꝗ̄ aperte dicitur pulsus decidens. i. a notitia nostri sensus cadens. Et hͦ est octauū genus quod nascitur a quarta consideratione. s. incidens ⁊ decidens. Et nota ad hoc ꝙ incidentia ⁊ decidentia pulsuū determinet. non oportet octo vel nouem motiones considerare: sed vsqꝫ ad centesimā percussionem in consideratione progrediendū est vt collationes moraꝝ ad moras: occultarum ad apertas fortium ad debiles melius perpendatur: non. n. si vna motio foris sequitur ⁊ alia debilis sequitur ⁊ iterum tertia

fortis ⁊ quarta debilis iudicandus est pp h° pulsus decidens: qꝛ pᵃ fortis ⁊ 2ᵃ debilis. Nā eadem rōne cū 2ᵃ sit debilis: ⁊ tertia fortis seq̄tur: erit pulsus incidens: qꝛ debilis tendit ad fortē. ⁊ sic posset ꝓbari ꝙ idē pulsus esset incidens ⁊ decidens. Ad h° dicimus ꝙ in ea cōsistentia in qua vꝫ pulsus ꝑmanere diutius: talem eū iudices. Qͦd sic cognosces: si pulsus in decem ꝑcussionibus sentitur ⁊ in vndecima deficit: deinde ab vndecimo computes si in quarto ab vndecimo deficit dicit̃ decidens: ⁊ talis tendens in defectū per quosdam gradus magis ⁊ deficiendo mortem significat. Si vero deficeret in octauo postea in vndecimo ab ea decidit: ⁊ postea tardius deciderit: donec deficiat: talis incidens est. ⁊ significat naturā ꝑus afflictā: morbo iam partim sup̱ato resurgere ⁊ conualescere. Quinta cōsideratio attendit̃ ſm ꝑmutationem vel consistentiā predictaꝝ considerationū: ⁊ ab hac consideratione duo extrema genera. s. nonū ⁊ decimū procedunt: q̄ nō principalia sunt genera: sed principalibus annexa ⁊ adiuncta. nō. n. principaliter attendunt̃ sed alicui adiacent: vt equale ⁊ inequale. ecce nonū. Ordinatum ⁊ inordinatum. ecce decimum. Si pulsus sit assidue fortis: dicitur equalis. Si aliquid admiscetur debile cū forti inequalis dicit̃. Sed de his plenius dicetur in sequentibus. Nota ꝙ hec pulsuū genera non sunt opposita. Circa vnū ⁊ eundem pulsum tria vel quattuor habent esse genera quandoqꝫ ⁊ consistere. aliquādo. n. pulsus magnus potest esse mollis velox fortis spissus equalis ordinatus plenus. Sed q̄dā sunt opposita: vt magnus ꝑuus: nec sunt diuersa genera sed diuerse differentie vnius generis: ⁊ ideo se nō compatiuntur. Sunt autem diuersa genera nō contraria. Sed pro cōtrarietate causaꝝ se non sustinent: vt magnus debilis. abundantia nāqꝫ spiritus facit magnū. defectus eius ⁊ caloris facit debilem. Similiter forte ꝑuū velox debile spissum paruū tardū velox rarum. Et vt generaliter dicam nulla possunt cōmisceri in quibus contrarietas causaꝝ nō intercidat. Hec ē genera pulsuum ſm diuersas rationes dicunt̃. s. ſm motū: ſm organū: ſm plures motiones. Nota ꝙ hoc nomē generale pulsus predicari potest de quolibet inferiori: quia de magno forti veloci raro incidenti equali ordinato molli pleno calido. non tamen in eadem significatione. Dicitur nāqꝫ hoc nomen pulsus quattuor modis. Primo modo accipitur pro motione que occurrit digito. Et in hoc sensu tria genera distinguuntur: magnus velox validus. Secundo modo dicitur pulsus res pulsata sicut organū ⁊ ſm hāc significationem duo distinguuntur genera pulsuum. s. molle plenū. hec aūt ad organū pertinent. Arteria enim mollis datur vacua plena proprie: extranee vero dicuntur de motione q̄ est pulsus. motio siquidem mollis dura plena vacua in collatione dicitur que ⁊ si dicantur de pulsu predicatio redundat in proprietatem organi. Calidū ⁊ frigidum ⁊ qͦd est tertium genus pulsuum ad rem pulsatā dicitur pertinere: ⁊ potest patere vt illa tria genera pulsuū distinguantur prout res pulsata dicitur arteria. ⁊ enim proprie dici potest calidum vel frigidū. Sed quidā considerantes ꝙ non est calida vel frigida de se: sed potius ex frigiditate vel mortificatione spiritus

vitalis impellentis eam dicunt calidũ vel frigidum pulsum dici pro re pul-
sante.⁊ hec est tertia significatio pulsus vt pro re pulsante accipiatur. hoc
modo posset fieri nisi esset qᵒ dicit Philaretus ꝙ nonũ genus attenditur
s̃m caliditatem q̃ redditur per totũ corpus arterie in quo consideratᷣ quã-
titas supposite materie:per tactum:totum est de accidente per qᵒ insinuat
auctor:ꝙ pulsus calidus ad rem pulsatam pertinet non ad rem pulsantem.
nã si dicat ꝙ pulsus dicitur calidus propter calidũ spiritũ nõ propter sub-
stãtiã vel qualitatem arterie. Similiter pulsus mollis plenus vacuus nõ
debet dici vt redundet ꝑdicatio in substantiã organi sed in qualitatem hu-
moris arteriã infundentis. Sentitur nãq; arteria mollis dura plena pro-
pter humorem suppositũ:quia flegmaticus:multus aquosus arteriã mollẽ
vel plenã efficit.sed siccus durã ⁊ vacuã reddit. Sed Philaretus testatᷣ:ꝙ
s̃m consistentiã organi attenditur plenũ molle durum vel vacuũ vel s̃m fi-
guram. Si ergo plenũ molle durum vacuũ pertinent ad consistentiã ⁊ fi-
gurã organi:similiter calidum ⁊ frigidũ. Quis.n.neget arteriam calidam
esse sua qualitate vel figura. Ipsa enim calida vel frigida sua qualitate tãq;
causa formali:⁊ est calida vel frigida ratione spiritus:⁊ qualitate spiritus
tãq; efficiente vel materiali.vnde Constantinus in pantegni. Calor arte-
rie est ex materia intra cõtenta.i.spiritu ⁊ sanguine. Quarto modo dicitur
pulsus collectio pluriũ pulsuum s̃m ꝙ quattuor genera distinguũtur:raꝝ:
frequens:incidens:decidens:eq̄le:inequale:ordinatũ inordinatũ.¶ So-
lertia. idest prudentia.¶ Artificis. idest medici.¶ Probat. examinat
⁊ diiudicat. Pulsus. generaliter intellige:non pro motione:non pro re
pulsante:non pro re pulsata:non pro pluriũ collectione.⁊ quo modo pro-
bat ostendit.¶ Quinq; modis.i.quinq; ꝯsiderationibus discretis.¶ Ex
quibus. idest considerationibus.¶ Elicitur. idest procedit.¶ Nume-
rus. idest decem genera pulsuum que in dupla proportione se habent ad
quinq; considerationes. Nunc prosequitur quo modo.¶ Ex forma. .i.
proprietate motionis arterie circa quam vertitur prima consideratio.
¶ Nascuntur tria. .s.genera ⁊ ostendit que.s.¶ Magnum. Illud est
primũ quod ostenditur s̃m quantitatem triũ dimensionũ teste Constanti
no ⁊ Philareto.¶ Magnũ. sub magno audit parũ ⁊ mediocre.ecce
primũ genus.¶ Forte. sub quo debile mediũ.ecce s̃m.¶ Forte. Po
nit tertiũ Philaretus ⁊ Constantinus etiam considerat s̃m tenorem vir-
tutis:sub qᵒ considerat debile ⁊ mediocre.¶ Citatũ. idest velox:sub quo
tardus ⁊ mediocris. Tertiũ genus est citatum ⁊ attenditur tempore ⁊ qua
litate motionis. Philaretus ponit quãtitatẽ motionis. Similiter ⁊ Con-
stantinus tempus.¶ Substantia membri. idest constantia vel consisten
tia organi ⁊ figura siue qualitas substantie:circa qnã versatur secunda cõsi
deratio.¶ Parit. .i.ex se concludit vel producit.¶ Molle. idest sub
quo duꝝ mediocre continetur. Istud est quartũ genus s̃m Constantinũ.
Sed Philaretus ponit octauum.¶ Plenum. per qᵒ vacuum intelli-
ge quod est quintum. Calidum frigidum mediocre. Ecce sextum. calidum

ad organū ptinet:q2 ad quantitatem substantie organi teste Philareto τ Constantino in pantegni. Calidū asserit pulsum fieri ex qualitate arterie. Philaretus calidū ponit:nonū conturbator nominis τ sententiarū:τ Constantinus sextum. ¶ Ex quibus. idest tribus postremis. ¶ Et primis. Elicitis a pª consideratione. ¶ Surgit. idest cōpletur. ¶ Series senaria. idest sex genera. ¶ Spissum. Hic assignat originē septimi generis:qd̄ est frequens τ rarū. ¶ Mora. idest fm morā τ spaciū qd̄ est inter duas dilationes attendit spissus vel frequens. hoc est qd̄ dicit Constantinus fieri ex tpe quietis. Philaretus ex quātitate quietis. Istud a Philareto dicit sextū:sed a Constantino septimum. vnde aūt fiant hec genera pulsuum ex quibus causis cōtrahant τ quid habeant significare:in sequentibus cū ipso actore dicemus. Qui pede dactilico. Ponit originē octaui qui est incidens τ decidens qd̄ a Philareto nonū dr̄:a Cōstantino octauū assignat. Hoc genus attenditur fm collationem τ proportionem morarū ad moras apertarū ad occultas:fortiū ad debiles. Aperta mora dicitur ipsius pulsus. Occulta more ipsius quietis inter duos pulsus existētis. Fit itaqȝ incidens τ decidens fm ꝓportionem tpis ad tempus:si mora precedentis pulsus sit minor q̄ subsequentis pulsus dicit decidens. Si mora sequentis sit maior q̄ mora p̄cedentis dicit incidens:qȝ fm rationem assignatā intelligendū est. Pulsus decidens ab auctore cōparat pedi dactilo:q2 sicut dactilus a longa τ apta integra syllaba incipiens declinat in breues. sic pulsus decidens ab apertis moris tendit in occultas. ¶ Passim. idest sursum τ deorsum deprimitur. ¶ Ab alto. idest aptis differentiis moris. Et pede dactili.i. more dactilico. ¶ Et qui deficiens. Assignatio est incidentis. ¶ Surgit. prius deficiens. ¶ Viresqȝ resumit. idest de occultis differentiis in aptas quousqȝ in nullo deficiat. τ est iudiciū nature resurgentis τ vires resumentis. ¶ Notat. idest attendit quātū ad originem. ¶ Ex collatiua thesiū. idest ꝓportione morarū q̄ sunt more dilatationū τ thesiū. Ille enim more attendunt τ ppendunt fm diastolem τ sistolem. ¶ Tāqȝ p̄cipuis. Assignatis octo generibus q̄ sunt pª τ principalia assignat originem duorū extremorū.s. noni τ decimi q̄ sunt accidentalia τ principalib9 adiuncta. ¶ Adiuncta. Nonū est equale:τ inequale decimū ordinatū τ inordinatū. Philaretus equale septimū tn̄ ordiatū octauū ponit. ¶ Discors vel consonus.i. eq̄le vel inequale. ¶ Vnus ordo. quātū ad ordinatum. ¶ Vel aduersus. idest inordinatus. Verū q2 fm rōnem numerorū τ ꝯputationū ordinatio vel inordinatio considerat. Nō.n. duo debiles pulsus vt tres vel quattuor nec vnus inordinatus mō interserunt duobus magnis τ fortibus:τ multis aliis differentibus modis fm numerorū diuersitatē interponunt diuersi pulsus pluribus aliorū generū:ideoqȝ fm numeri rationē diximus ordinatū τ inordinatū numeri attendendū. Quid aūt sit eq̄lis pulsus q̄d ineq̄lis q̄d ordinatus quid inordinatus:vtrū ordinatus sit eq̄lis vel nō vtrū oīs inordinatus sit inequalis:τ quot sunt species inequalis inordinati inferi9 patebit:vbi ponent diffinitiōes τ significatiōes singulorū generū.

De descriptione pulsus magni et parui.

Augmentata facit magnum dimensio trina.
Paruum si parua: medium mediocriter aucta.
In longum latum magnus consurgit et altum.
Paruus in occultum strictum cadit atque recisum.
Qui medium sequitur merito mediocris habetur.

¶ Assignatis generibus pulsuum et originibus eorum vt de generibus pulsuum euidentior constituatur doctrina: vniuscuiusque generis suam ponit diffinitionem. Et primo diffinit magnum pulsum. Est itaque magnus pulsus: qui secundum quantitatem triu dimensionu attenditur: longitudine latitudine et profunditate. Modu transcendens dicitur magnus. Ad hoc igitur vt sit magnus pulsus oportet quod sit longus latus et profundus. Paruus per contrariu intelligitur qui no sit longus latus nec profundus. Littera patet. ¶ Paruu si parua. idest trina dimensio diminuta facit paruu: et patitur detrimentu quatitatis in longitudine secundum curtitudinem in latitudine secundum stricturam. in profunditate per residentia. i. secundum sui incerta reuolutionem. ¶ Medium. idest mediocrem pulsum facit trina dimensio. ¶ Aucta mediocriter. idest seruans mediocritatem: vt si non excedat in aliqua dimensione.

De longo pulsu.

Longus ventriculos digitorum quattuor exit.
Subsistit mutilus mediusque fit omnibus equus.
In latum digitos latus tenet eminet altus.
Occurrit gracilis strictus resideteque profundus.

¶ Magnu pulsum diffiniuerat per excessum trine dimensionis. s. longitudine latitudine et profunditate: ideo vt pateat euidentius quid sit magnus diffinit quid sit longus latus et profundus. quibus cognitis cu ex eis componatur magnus perfecte innotescit. Quid sit magnus ex proprietatibus enim partiu inuestigatis totius declarabitur natura. Longus pulsus est ille qui. ¶ Exit. idest excedit. ¶ Ventriculos. idest apices et summitates. ¶ Digitorum quattuor. supra longitudinem arterie porrectorum. Cum enim sentiatur in ventriculis quattuor digitorum posset sentiri quinque vel sex si essent positi. Posita diffinitione longi ponit diffinitionem curti eius contrarii. ¶ Subsistit. idest exceditur a ventriculis quattuor digitorum. Cum enim sentitur in primo in secundo in tertio in quarto no sentitur. ¶ Mutilus. idest curtus est: quonia mutilatur secundum longitudinem. ¶ Medius. i. mediocris inter extremitates fit. ¶ Omnibus. i. digitis. ¶ Equus. inquantu non excedit nec exceditur. ¶ In latum. Diffinit latu qui et cu longo cito currit ad faciendu magnum pulsum. ¶ Latus tenet digitos.

Qui exit ventriculos digitoꝝ sm̄ latitudinem. ¶ Altus. pulsus qui sm̄ altitudinem considerat quando .s. multū eleuatur arteria ⁊ a centro recedit ex vehementi impulsu spiritus. Eminet. idest eleuatus est eminens ⁊ apertus. ¶ Occurrit. idest non moratur in latitudine qui non tantū occupat ⁊ ptingit latitudinem digitoꝝ sed exceditur quasi in modū gracilis funiculi occurrit. ¶ Profundus. idest occultus qui cōtrarius est alto. ¶ Residet. idest vicinatur centro intellecta mediocritate iter extremitates: qui .s. non excedit in latitudine nec exceditur. Et nota ꝙ multis modis possunt narrari he differentie vt longus cū stricto: longus cū mediocri. Itē latus ⁊ strictus componuntur. Item latus cū aperto ⁊ cū occulto aut mediocri inter duo. Sed nullus curtus strictus vel occultus magnus est.

De forti ⁊ debili pulsu.

Constituit validum sociata frequentia magno.
Surgit ab oppositis species contraria causis.

¶ Egit de primo genere pulsuum ꝙ est magnus paruus mediocris sm̄ diuersitatem suaꝝ compositionū. Consequenter agit de secundo .i. de forti debili ⁊ mediocri qd̄ habet ptinere ad quātitatem motionis arterie. Cum aūt sit tertiū sm̄ Philaretū ⁊ Cōstātinū: tamen a nobis secundū ordinat: qꝛ talem ordinē ei appropriauit arctatio metrice rōnis. Fortis itaq̄ cōponitur ex duobus magno ⁊ frequenti .i. veloci. Dicit nāq̄ Philaretus: ꝙ frequentia accipiens magnitudinem validū facit: sed pro frequentia intelligitur velocitas. Si enim frequentia intelligat: cū fiat ex debilitate virtutis ⁊ fortitudine caloris expetentis magnitudinem refrigerationis virtus debilis que non sufficit aerē attrahere semel qui possit refrigerare oportet ꝙ defectū quātitatis suppleat vicissitudo ⁊ repetitio numerose actionis: iđ frequentiā non poterit tollerare fortis pulsus propter contrarietatē causaꝝ. Est itaq̄ fortis pulsus compositus ex magno ⁊ veloci: magno qꝛ multum eleuat arteriā ⁊ a centro recedere cogit ⁊ in longitudinem diffunditur sm̄ latū digitos attingit. ex veloci qꝛ incohata pcussione cito suū motū cōplet: ⁊ consequitur. ⁊ hoc est qd̄ in littera tangitur. ¶ Species cōtraria .i. pulsus debilis. ¶ Surgit. idest procedit. ¶ Ab oppositis causis. idest calori debili ⁊ imbecilli virtute ⁊ debilitate spirituum.

De veloci pulsu ⁊ tardo.

Arsis lenta parit tardum. festina citatum.
Si pulsent digitos: austero dura rigore.
Organa: disponunt durum. si lassa remissum.

¶ Ponit noticiā secundi generis .i. velocis tardi mediocris: qd̄ a nobis

tamen tertio loco assignatur. Et ptinet hoc genus ad quantitatem motio-
nis arterie: ꝛ attēdit ex tpe vel quātitate motionis. Est itaq; velox pulsus
ſm Constantinū: qui in modico tempore spaciū ptransit: quādo. s. incohata
pcussio cito complet. Et est tardus qui modicū spaciū ptransit in multo tē-
pore: qñ. s. motio incohata longo tpe pficit. Mediocris inter extrema me-
dius considerat. ¶ Arsis. idest dilatatio. ¶ Lenta. que multū tps cō-
sumit in sua cōstrictione. ¶ Si pulsent. tribus generibus pulsuū q̄ a pri-
ma cōsideratione nascunt ꝓpriis diffinitionibus declaratis ponit noticias
ꝛ diffinitiones alioꝝ. Primo agit de illis q̄ a secunda cōsideratione nascun
tur ꝛ sumunt ꝛ pertinent ad consistentiā organi: que sunt duꝝ molle medio
cre. plenum vacuū mediocre: calidū frigidū mediocre. Est itaq; durus pul
sus qui dum digitis tangitur: occurrit arteria dura ꝛ rigida. ꝛ quasi funi-
culi tensi sentiuntur. Mollis quādo mollis sentitur arteria. Et videt du-
rus esse fortis. sed non est ita. Fortis enim ſm Constantinū vascula dila-
tat: vt quasi inanita reddantur. durus est ꝛ asper quia virtuti non obtem-
perat membri duricies: vt dilatari queat. ¶ Si organa. idest arterie.
¶ Pulsent. . s. digitos ꝛ ventriculos digitorum. ¶ Austero dura. . i.
cum duricie ꝛ rigiditate distendendi. ¶ Si lapsa. idest quodāmodo lassi-
tate ꝛ suauitate sentitur. Sic enim glosat Constantinus. vt videantur di-
giti ab eis penetrari.

De pulsu pleno ꝛ vacuo.

Si cedat: vacuum. si constat turgida plenum.
Pulsum disponit calidum calor arterialis.
Frigidus occurrit subiecti frigore membri.

¶ Notificat per descriptionem quid sit quintū genus. s. plenum vacuū.
Est ergo plenus. qui turgidus quodam humore redundante videt. Va-
cuus qui apparet quasi inflatus: sed statim cum tangitur tanq̄ vacuus a
digitis sentit. Et pertinet hoc quintum genus ad figuram ꝛ habitudinem
organi. in vacuitate ꝛ plenitudine. ¶ Pulsum disponit. Assignat noti-
ciam sexti generis qđ est calidum frigidum mediocre. qđ cum conditioni-
bus precedentibus ad consistentiā arterie ptinet. Est. n. arteria huius con-
sistentie ꝙ sentit calida aut frigida: licet. n. calor arterie contrahatur ex spi-
ritu feruido ꝛ sanguine intra cōtento: tamen qualitas inde proueniens est
ipsius arterie dispositio. ¶ Calor arterialis. idest pulsus calidus: cū di-
gitorum extremitates arteriā calidā sentiunt. Frigidus vero ꝯrio modo.

De mediis pulsibus.

Cum relique species aliquo mediante ligentur.
Jungitur in valido fortis. discrimine nullo.
Equus inequali. causam compaginis huius.

Soluant qui dirimunt latebrosa enigmata rerum.

¶ Quoniā assignatione predictoꝝ generꝝ auctor aliquādo assignauit me dia extremoꝝ quādoqꝫ inter aliq̄ extrema nullū mediū posuit. ideo in hoc capitulo ostendit hoc esse declarandū inuestigandū ꝛ reliquendū examini ꝛ discusioni phicoꝝ quoꝝ enigmaticas est soluere rationes: ꝛ tales ambiguitates soluere ꝛ enodare. Qđ aūt ab auctore pretermissum est: nos qui sumus eius interpretes ꝛ eius vicarii supplemus defectū. Dico ḡ ꝙ oīa illa extrema que adiuncta sunt distempatis sicut magnū paruū curtū longū latū strictū apertū velox tardū frequens rarꝫ conuenientiā habent. de vna nāqꝫ ꝯ̄ria ad aliā ꝯ̄riā per mediū temperamentū fit trāsitus. magnus enim mediocrem excedens in trina dimensione supra modum diminutus monstrat distempantiā: qꝛ defectū caloris ꝛ imbecillitatem spiritus. Ecce isti pulsus notant distempantias ꝯ̄rias vnus excessum alius defectū. Inter excessum ꝛ d. fectū mediū est qđ p ambiguitatem vel abnegationē describit extremoꝝ. qđ. s. nec est in excessu nec in defectu: illud temperatū est. ꝛ ita mediū inter magnū ꝛ paruū. similiter inter curtū ꝛ longū. ꝛ inter alia extrema q̄cūqꝫ applicanť distemperantiis: secus est de forti ꝛ debili. nam si iter forte ꝛ debile est mediocre. cū omne mediū est temperatū: ꝛ omne temperatū sanitati additū est: ḡ illud mediocre sanū. Sed interim forte sanum est. ꝛ q̄to fortius tanto sanius. ꝛ fortitudine non fit excessus: nec in virtute nec in bonitate mentis fit excessus mentis. Et habeť hinc ꝙ vnū extremorū excedit suū mediū in temperantia ꝛ sanitate. Sed omne mediocre temperatū inter duo extrema. Si verū est medium vterqꝫ extremoꝝ magis temperatū ꝛ sanū est. Item si mediocre est inter forte ꝛ debile illud genus nec forte est nec debile: sed ex̄ temperamentū. Item pulsus nūq̄ est fortis: nisi ex tenore virtutis: ꝛ in debilem transit nullo medio a magis forti: vel per multos medios minus fortes vsqꝫ ad vltimam remissionem fortitudinis transit in debilem. Et ille minus fortis quo mediante trāsit magis fortis in debilem. fortis genere non est mediū inter fortem ꝛ debilem: quia sic non esset fortis nec debilis. fortis enim quoddā genus est ꝓm suā latitudinem. Sicut ḡ inter virtutem ꝛ vitiū nullum est mediū. Sic inter fortem ꝛ debilem non est mediū. Item equale ꝛ inaquale non habent medium. nam si sic illud non esset equale nec inequale. sed quicquid equale est vni ineq̄le est alteri. Ab equali enim fit transitus ad inequale nullo mediante: ꝛ econuerso. Item esse equale est sanum esse ꝛ temperatum ꝓm naturā: nisi sit in malo: sicut equalitas in ptysico pulsu. Omne aūt inequale est distemperatum ꝓm naturā ex morbo ꝯtingens. Similiter ordinatū ꝛ inordinatum non habent medium. Item pulsus similiter incidens ꝛ decidens non habent mediū quoniā incidens fit ex ꝯtemperantia ꝛ ꝯfortatione virtutis: decidens ex ꝯ̄riis. Inter temperatū intemperatū: inter ꝯfortationem ꝛ defectum nullum est mediū. vnde si sic non esset temperamentū nec intemperamentū nec forte nec debile: quod est inconueniens. ¶ Relique species.

Pulsus assignatoꝝ generū sicut magnū paruū velox tardū frequens rarum. ℂ Ligent vel legunt. idest assignant ſm copulā alicuius medii. ℂ Fortis. pulsus q₂ fit ex tpamento ⁊ tenore virtutis. ℂ Jungitur. idest copulatur. ℂ In valido. qui fit ex debilitate virtutis. ℂ Nullo di scrimine. Sine interpollatione medii. Similiter. ℂ Equus. idest eq̄lis pulsus iungitur sine medio. ℂ Causam compaginis hic soluāt. Cū debet causam assignare de priuatione medii mittit nos ad discussionē philosophoꝝ quoꝝ est talia rimari. ℂ Compaginis. idest colligationis extremoꝝ. ℂ Soluāt. philosophi. ℂ Qui dirimūt. idest soluūt. ℂ Enigmata. idest questiones obscuras ⁊ tenebrosas.

De pulsu frequenti ⁊ raro.

Si raptu subito morule discrimine paruo.
Arsim multiplicet series numerosa frequentem.
Constituit pulsum. species contraria rarum.

ℂ Hucusq₃ posuit doctrinā de sex generibus pulsuū: quoꝝ tria ptinent ad proprietatem motionis. s. vnū ad quantitatē. s. magnū paruū medium. Duo ad q̄litatem. s. velox tardus mediocris: forte debile mediocre. Alia tria pertinent ad consistentiā organi vel figurā. s. durum molle mediocre: plenum vacuū mediocre: calidum frigidum mediocre. Nunc diffinit septimū genus: Ex tempore quietis. ⁊ attenditur inter duas diastoles quod est frequens ⁊ rarū. ℂ Si subito series numerosa. idest crebra ⁊ numerosa repetitio dilatationum. ℂ Multiplicet. Continue replicando iteret. ℂ Arsim. idest diastolem. ℂ Paruo discrimine. idest modica mora quietis interpollata inter vnam diastolem ⁊ aliam. ℂ Subito raptu. idest motione raptim iterata. ℂ Contraria species. idest contraria dispositio facit rarum pulsum.

De incidenti ⁊ decidenti pulsu.

Deciduus modulis ex fortibus ⁊ manifestis.
Sensum degenerans tacito pede tendit ad ima.
Vergit in occultum satagens euadere sensum.
Inciduus surgit: respirans tendit in altum.
Deserit occultum sibi conciliat manifestum.

ℂ Ponit notitiam octaui generis: idest incidentis ⁊ decidentis q̄d attenditur ſm collationem moraꝝ ad moras: occultaꝝ ad apertas: fortiū ad debiles. Aperta mora est quando pulsus sensui occurrit: idest quando arteria dilatatꝰ ita ꝙ eius motio aperte sentitꝰ. Occulta quando dilatatio est ita occulta ⁊ vicina centro ꝙ vel sensum effugit: vel parū inmutat. Secundū

ergo collationem morarũ ad moras incidentia vel decidentia notaf: q̃d expresse docuimus supius in distinctione gene₂ decima: q̃d iterare nõ oportet. Si obiciat de cauda soricina finitiua q̧ est pulsus decidens. nã pulsus decidens patet largius. potest enim decidens pulsus inueniri vbi non est cauda soricina finitiua: vt si post decem fortes fiat vna debilis. ⁊ facta cõputatione de illa post octo fortes sequif vna debilis: postea desinet circa septimã: postea in q̃rta: postea in scḋa: postea in toto deficiat. Reuera soricinus quidem ꝯtinet caudã finitiuã. Sed ille decidens de quo hic agitur habet plures moras ⁊ interpollat plures debiles paulatim quousq̧ nulle aperte ꝯcurrant. Sed cauda finitiua tãq̧ ab occultis resurgit in fortes aptas. Sed ab occultis ꝯtinue tendit in altiores. ¶ Modulis. idest motibus apertis. ¶ Sensu degenerans. idest paulatim declinans. ¶ Inciduus. idest incidens per maiorationem sui in notitiam sensus cadens. ¶ Surgit respirans. idest in naturã insurgere vel resurgere: ⁊ respiramina ⁊ vires significat resumere.

De equali ⁊ inequali pulsu.

Firmus ⁊ oppositi fugiens cõmertia motus.
Permanet equalis seruato iure tenoris.

¶ Postq̧ executus est de octo generibus principalibus agit de nono ⁊ decimo: que sunt annexa ⁊ adiũcta principalibus. s. de eq̃li ⁊ ineq̃li: ordinato ⁊ inordinato. Eq̃lis est cuius pcussio est eq̃lis ⁊ vniformis tenoris in digito₂ extremitatibus: vt si magnus velox fortis frequens mollis plenus ⁊ eis mediocris: nullã in q̃litate vel q̃titate vel tpe motionis vel numero motionis diuersitatem recipiens. Eq̃lis diuidif. Nam quidã est absolute eq̃lis qui q̃litatem seruat in omnibus dictis differentiis: de quo dictũ est iam. Alius est eq̃lis ẜm quid vt sit eq̃lis magnitudinis: sed modo velox: ⁊ modo tardus sentif. Item qui eq̃lis est in paruitate vel debilitate huiusmodi pulsus est eq̃lis in hoc. sed nõ est eq̃lis absolute. Ineq̃lis est quicũq̧ recipit oppositã dr̃iã. Ineq̃lis aũt alius absolute vt qui est ineq̃lis in oĩbꝰ generibus: alius in vno genere ⁊ non in alio: ⁊ ẜm illud q̃ eq̃lis dr̃. ¶ Fugiens. idest nullã societatem recipiens cũ opposita dr̃ia. Et talis est absolute eq̃lis si in bonis pseueret differentiis. Sꝫ põt esse eq̃lis in malis pcussionibus vt in paruitate ⁊ debilitate. Et talis nõ est eq̃lis simplr̃: vel absolute: sed eq̃lis in h̃: vel ẜm q̃d: vel eq̃lis in malo: ⁊ pp tales q̃litates excludendas apponif. ¶ Firmus. Qui. n. manet ĩ puitate vniformis nõ ex firmitate nature est: sed ex debilitate potius quicunq̧ ergo firmus est ex nature firmitate ⁊ virtutis proueniens: ⁊ seruans vniformem tenorem in omnibus generibus est equalis simpliciter.

De inequali pulsu.

Degener instabilis nec eodem tramite currens.
Mutat inequalis dubiis moderatus habenis.

¶ Notificat ineq̄lē. ¶ Degener. deest ab eq̄litate degenerās p̄ admini strationē .i. p̄ assūptionē ꝯrie dr̄e. ¶ Instabilis. q2 nō ꝯuat statū vnius te noris. ¶ Nec eodē tramite currēs. q2 trāsit p̄ vias diuersas oppositoꝝ generꝝ. ¶ Mutat. .s. mō retardās mō festinās p̄cedit rituanť de magno in puū de forti i debilē. ¶ Moderatus .i. agitatus. ¶ Dubiis habenis. ¶ Methaphora est sūpta ab aliq̄ qui nō bn̄ nouit regere ⁊ frenare equū.

De ordinato ⁊ inordinato pulsu.

Distinctis gradibus mutatur in ordine recto.
Transit in oppositum qui nomen ab ordine sumit.

¶ Ponit notitiā decimi generis. qđ est ordinatū ⁊ inordinatū. Et nota ꝙ oīs eq̄lis est ordinatus: vbi enim est eq̄litas ibi est ordo: sed non ꝯuertiť. Nā ordinatoꝝ aliud eq̄le aliud ineq̄le. nō oīs ineq̄lis inordinatus est. Nā ineq̄lium alius ordinatus alius inordinatus. oīs inordinatus est ineq̄lis. ineq̄lis ordinatus est: qui recipit dr̄iā oppositā diuersi generis oppositi. Ordinatus tn̄ qui q̄si gradatim ⁊ ꝫm p̄portionem vniformis gradus est: qñ .s. habitudo sequentiū p̄cussionum in sua ineq̄litate ꝯformať habitudini precedentiū: vt si sint octo pulsus ꝯtinue fortes ⁊ nonus debilis: iteꝝ octo fortes ⁊ nonus debilis ⁊ si longo tp̄e p̄cedat habitudo pulsuū: licet multis aliis modis variādū: tn̄ habitudines mutationū rn̄deant sibi. pōt etiā dici ineq̄lis ordinatus pulsus: tn̄ est cauda soricina finitiua pͣ p̄cussio magna est ⁊ fortis zͣ minor pͣ: ⁊ sic graduali tramite ⁊ proportionabiliter tendit paulatim in defectione quousq3 nō sentiať. Silr̄ cauda retornatiua a defe- ctione regradienti p̄portionabilr̄ in magnitudine ordinatio ꝯsiderari pōt. Istas tn̄ sp̄ēs ponim9 sub eq̄lr̄ ordinato. Et licet fiant qñq3 ꝫm ꝯsideratio nem ordinis ⁊ hitudinem raro tn̄ nec in ea p̄manent sed freq̄ntius fiunt p̄ ꝯfusionem ⁊ ex̄ ordinatū tumultū inordinationis ineq̄lis. Inordinatus in oībus generibus p̄dictis inueniť: vt si duo magni vnus paruus alter me- dius: aut duo parui vnus medius alter paruus: vnus medius alter ma- gnus cui succedit paruus. ¶ Distinctis ꝫm ordines ⁊ proportiones gra- dus. ¶ Qui nomen. idest ordinatus.

De inequali ⁊ inordinato ⁊ priuato pulsu.

Qui priuatiue censetur ab ordine leges.
Ordine precedit preceps est ⁊ sine lege.
Spargitur extremum genus in numero specierum.
Que sibi mendicant peregrina vocabula rerum.
Quas collatiua ratio sibi federis vnit.

¶ Determinatur de ordine fm priuationem. Inequale inordinatū diuidit in species suas. ꝛ eas mox enumerat de quibus i sequentibus dicetur: quādo ipsaꝝ instabit tractatus: has designans species a nominibus animaliū vel instrumentoꝝ vel aliaꝝ reꝝ: cum quibus habent similitudinem. Dicitur autem caprizans a capra: ꝛ formicans a formica: ꝛ sic de aliis. Rōnes appellationū dicent infra. ¶ Extremū genus. idest inordinatū inequale. ¶ Spargitur. i. sparsim ꝛ varie distribuitur. ¶ In numero specierum. idest i multas species: que sub certo numero claudunt. ¶ Que. .s. species. ¶ Mendicant. idest ꝑpter mendicitatem ꝛ penuriā vocabulorum sibi mendicant. Nā lingua latina est in verbis egena. ¶ Peregrina. Animaliū vel instrumentoꝝ ꝛ aliaꝝ reꝝ non omniū sed similiū sibi ꝛ huiusmodi. ¶ Quas. i. res. ¶ Unit. idest assimilat sibi ꝛ cōformat. ¶ Rō. i. proportio. ¶ Collatiua federis. idest collatiua similitudinis.

De speciebus pulsus inordinati inequalis.

Spasmosus prisicus formicans vermiculosus.
Ramosus fluitans martellinus atqꝫ caprinus.
Serrinus rectus sorricinus siue retortus.

Que sunt cause variationis pulsus.

Forma crasis sexus etas grauidatio somnus.
Et locus ꝛ tempus labor esca repletio potus.
Causa genus morbi coitus turbatio mentis.
Corporeiqꝫ situs variant idiomata pulsus.

¶ Hic enumerant species inordinati inequalis quoꝝ rōnes inferius patebunt. ¶ Forma. Distinctis generibus pulsuum: ꝛ distinctis coꝝ ꝓprietatibus. Consequenter breuiter hic agit de causis mutationū pulsus eas enumerando. immutantur itaqꝫ pulsus tripliciter. s. a rebus naturalibus: nō naturalibus ꝛ contra naturā. Sub naturalibus comprehendit tam res consistentes ꝛ regentes sicut complexiones ꝛ virtutes ꝙ coadsistentes inseparabiliter coherentes veult figura corporis distantia maris ꝛ femine etas ꝛ similia. ¶ Forma. idest habitudo corporis q̄ diuiditur in tenuitatem crassiciem ꝛ mediocritatem. ¶ Variant pulsus. In macilentis maiores sunt pulsus ꝛ fortiores ꝙ in crassis ꝛ multū repletis. Crassi enim ex nimia oppressione carnis pulsum habent minorem ꝛ magis debilem: qꝛ calor ꝛ spiritus in eis lentescunt ꝛ pigritantur ex nimia carnositate. Sed inequalis est pulsus spissior propter debilitatē virtutis. In macilentis sunt pulsus aperti: qꝛ arteria exposita est vel expoliata ꝛ quasi nuda. In crassis occulta: qꝛ profunda est arteria ꝛ carni inuiscata. vñ Philaretus: In gracilibus multum subiacet tactui pulsus. i. aperte sentit iudicio tactus: qꝺ est

propter expositionem organi. Quidā tamen male exponunt hic subiacen-
tiā pulsus vt dicant pulsum tactui subiacere quādo est debilis: q̄ expositio
contraria est Constantino. Est autem ꝑquirendū vtrū macies sit natura-
lis aut non ⁊ ita de crassicie. ¶ Crasis. idest complexio ꝯcta a generatio
ne variat pulsus. Nā calida cōplexio facit pulsum fortem ⁊ velocem cā at-
trahendi multū aerem ad refrigerationē. sed frigida paruū facit ⁊ tardū cā
necessitatis parue refrigerationis. Humida pulsum facit mollē: sicca durꝫ.
Et ꝙ ex ea cōplexione fiat pulsus velox ꝓbat Philaretus. inquit enim ꝙ
omne calidū velociter mobile: ⁊ omne frigidū tarde mobile: qđ de solis ani
malibus pōt intelligi. Est aūt quoddā de natura calidū vt piper auripig-
mentū qđ nō est mobile. In calido siquidem corde calidus sanguis ex calo
re ebulliens cito resoluitur in fumū. vnde cito motus complet cordis ⁊ ar-
teriaꝝ vnde fiunt velociores. ¶ Sexus. idest differentia inter masculū ⁊
feminā mutat pulsum. vt enim ait Cōstantinus in pātegni. Pulsus maior
est in masculo ⁊ fortior q̄ꝫ in femina: ⁊ ponit causam. Masculus enim cali-
dioris est nature ⁊ fortioris ⁊ maioris exercitii. Et femine pulsus minor ⁊
debilior ⁊ frequentior. Paruitas ⁊ debilitas fiunt qꝛ mulieres sunt debi-
liores masculis in virtute ⁊ minoris caliditatis ⁊ exercitii ad cōparationē
masculi frequentior est pulsus in femina ex debilitate virtutis: vt natura
sepe impellat iterādo in femina qđ per magnū pulsum operat in masculo:
vt tantū. s. aeris pro vicibus repetitis attrahat ad refrigerandū inquantū
vnus magnus vice vna attraheret in manibus. Nā quāto est maior calor
si virtus est fortis tanto maior velocitas necessaria est nature: vt multa ae-
ris quantitas in paruo tempore attrahat ad refrigerationem. Cū aūt defi
cit virtus oportet vt attrahatur spissus: vnde fit vt feminis sit spissior q̄ꝫ
masculis licet ex superficie littere in pantegni possit ꝓbari ꝙ pulsus femi-
ne sit velocior: non tamen est verꝫ. Nā velocitas fit ex fortitudine virtutis
⁊ vehementia caloris: sed ibi per velocitatem frequentiā intelligimus: vt
cū dicit Philaretus ꝙ frequentia magnitudinem accipiens facit validū.
Nota ꝙ si cetera ꝑticularia sexui ꝯcordant vt frigida complexio crassicies
quies senectus: pulsus debilior est. Si particularia cōcurrant cōtraria erit
maior ⁊ fortior. Sic etiā de masculo intellige. vnde oportet medicū quādo
ad egrotū accedit facere collationem de partibus ⁊ omnia accidentia discer
nere vt non fallat in pulsibus iudicandis. ¶ Etas. mutat pulsum: qꝛ pue
ri velociorem habent pulsum propter calidū refrigerādū: qꝛ multus est in
eis. temperate tamen magnitudinis ⁊ fortitudinis habent frequentiā: quia
virtus nondū completa: in complexione roboris confirmata ad extrahen-
dum semel multū aerem non sufficit ad calorem naturalem refrigerādum.
Iuuenes enim habent pulsum fortem ⁊ magnū in velocitate tēꝑatū: qđ
fit ex caliditate: ipsorūq; virtute. Senes paruū ⁊ debilem ⁊ rarꝫ propter fri
gidam coꝝ naturā quantum ad etatem. vnde non est necesse multū aerem
trahi propter refrigerationem. Alie etates his affines habent pulsus vici
nantes iuxta qualitates vel caliditates illaꝝ etatū quibus affiniores vide-

buntur:qꝛ cum in pueris velox sit pulsus ⁊ spissus temperatus in magni-
tudine ⁊ paruitate. Pulsus in decrepitis minimus ⁊ tardissimus rarissi-
mus ⁊ defectissimus. In iuuenibus perfecte iuuentutis maximus ⁊ fortis
simus in velocitate ⁊ tarditate temperatus. Videndū est ꝙ puerorum pul
sus maxime augmentant in velocitate ⁊ tarditate minuuntur. Et maiorant
quousqꝫ ad perfectam magnitudinem deueniatur: vbi pulsus maximus ⁊
fortissimus in velocitate ⁊ tarditate temperatus quo ad media etas per-
tingatur. Cum ergo senectus subeat paulatim succedunt predictis contra
ria: donec etas pertingatur decrepita: in qua pulsus paruus fit rarus et
tardus. ¶ Grauidatio. idest impregnatio mulierū mutat pulsum. Sed
distinguendum est. Nam impregnatio aut in medio est: aut in principio:
aut in complemento. In principio pregnans habet fortem ⁊ magnū pul-
sum ⁊ velocem: quia calor fetus auget calorem naturalem. Arterie enim
secundine arterie fetus sunt coniuncte: ⁊ vtreqꝫ arterie mulieris sunt com
plicate. Probatur hoc ex nouitate retentionis menstruorum augmenta-
to calore fiunt pulsus magni ⁊ veloces. Fortes autem fiunt: quia virtus
propter eius modicam quantitatem nondum patitur aliquam oppressio-
nem. sed in potentia perseuerat. vnde fiunt pulsus magni ⁊ fortes vsqꝫ ad
quattuor menses vel principium quarti. sed a quarto vlterius ꝰm magis
⁊ minus pulsus fiunt parui debiles spissi. Parui ⁊ debiles eo ꝙ virtus
grauatur ex maiorata fetus quātitate: ⁊ virtus operatiua circa finem de-
ficit duabus de causis: quia propter defectum sanguinis ⁊ spirituū: quia
sanguis ad nutrimentum fetus est necessarius: quia quanto plus expen-
ditur in nutrimento fetus tanto plus membra pregnantis ex defectu nu-
trimenti ⁊ subtractione magis debilitantur. Et deficit ex dilatatione ma-
tricis maiorem locum occupātis: vnde comprimitur cor: ⁊ ita virtus ope-
ratiua grauatur que pulsum operatur. Spissi autem sunt vt ait Phila-
retus propter inductam necessitatem attrahendi aeris propter se ⁊ pro-
pter fetum. Unde instat triplex necessitas refrigerationis tum ex fetu:
tum ex matrice: tum ex retento sanguine: ⁊ cum virtus sit defecta oportet
vt multotiens attrahatur cum semel attrahi non possit sufficienter: vt ex-
poscit necessitas refrigerationis: ideo fiunt spissi. ¶ Somnus. pulsum
mutat sed differenter. nam in principio somni calore naturali incipiente in
tus reuocari nondum exercente digestionem paruus pulsus est debilis
⁊ tardus ex precedente desiccatione vigiliarū. Sed calido iam intus con-
fortato ⁊ cibo iam digesto ⁊ diuiso per mēbra multiplicato sanguine: aug-
mentatis medullis: reparatis spiritibus fiunt in fine somni ⁊ circa mediū
pulsus magni fortes in velocitate ⁊ tarditate mediocres post digestionem
cibi: Si somnus prolongetur vt superfluitatis cibi expulsio prolongetur
vel differatur pulsus erit paruus debilis rarus tardus. vnde oportet ꝙ
postquā erit cibus digestus dormiens a somno excitetur ad expellendas
eius superfluitates. s. egestiones vrinam sputa per propria emunctoria.
Siquis autem excitetur a somno subito vt per vocem siue quālibet per-

cussionem: sive ventum ab eo exeuntem: qꝛ disturbatur natura fit pulsus
quādoq̧ magnus ⁊ fortis: quādoq̧ velox ⁊ spissus: non tremebūdus inor-
dinatus. Cum vero excitatus quiescit pulsus in priorem statū regredit.
Quidā seducti sunt a superficie verboꝝ Philareti dicentis: ꝙ in somno
non fiunt pulsus nisi parui ⁊ debiles ⁊ tardi non distinguentes tempora
somni. Dicit enim Philaretus: ꝙ in somno fiunt pulsus minores ⁊ leuio
res. i. debiliores naturali calore penetrante ad profundum. Et ipsi intelli
gunt ꝙ in somno naturalis calor penetrans in profundo in stomacho ⁊ in
epate fit diuersus. ⁊ ideo relinquens spiritualia que non sunt profunda:
quia supra diafragma posita: pulsus parui sunt in somno. ᵬm istos nutri-
tiua calefiunt: ⁊ spiritualia infrigidantur. Dispositio vero spiritualium di
sponit pulsum non nutriuoꝝ. Sed certum est ꝙ in somno spiritualia cale-
fiunt. Videmus. n. quosdā dormientes qui non sunt ꝯtenti aerem respi-
rare tantū naribus nisi os etiā apertū teneant: ⁊ vehementiores etiam fa
ciunt exsufflationes: qđ non fit nisi in magnitudine caloris maiorem q̄ti-
tatem aeris attrahentis pro maiori necessitate refrigerationis. Est itaq̧
potius intelligendū ᵬm priorem doctrinā: vt ipsius somni distinctio fiat.
¶ Locus. idest regio imutat pulsum. vnde habitātes in calida regione
vt in Ethiopia pulsum habent magnū velocem sicut estiuū. habitantes in
frigida regione sicut in Anglia pulsum habent assimulantem hiemi. s. raꝝ
⁊ tardum. habitantes temperata loca: vt morantes in recta linea pulsum
habent temperatū mediocrem vernali equiperantie similem. Regiones
inter has posite ᵬm eas quibus sunt propinquiores in pulsu sunt haben
de. Et quod de regione dicitur: de aere similiter intelligatur. Regio. n.
non habet immutari nisi gratia aeris: ⁊ de temporibus similiter. ¶ Et
tempus. Ver. n. ⁊ auptumnus que sunt respectu temporum tēpata:
pulsus faciunt tpatos ⁊ mediocres. Alia duo. s. hiems ⁊ estas faciunt pul
sus excedentes vel ᵬm paruitatem vel ᵬm magnitudinem veloces ⁊ par-
uos. In vere propter temperamentum caloris sanguis multiplicatur ⁊
spiritus abundantius generantur: ⁊ multiplicantur. vnde pulsus ma-
gni ⁊ fortes: in velocitate ⁊ tarditate mediocres fiunt ex retentione spi-
rituum: propter frigiditatem precedentis hiemis: qui virtute roborata
fiunt fortes. In auptumno licet dicatur temperamentum hoc non vi-
detur posse contingere: cum in auptumno corpora tanquam rarefacta
per totam estatem ⁊ calore dissoluta defatigatas habeant virtutes. vn-
de cum apertione pororum iam calor et spiritus exalauerunt pulsus
magni ⁊ fortes non possunt esse. Dicimus tamen ꝙ in auptumno ad-
huc calor viget: ⁊ spiritus circa cor. et ex frigiditate auptumni reti-
nentur poris clausis vnde ex caliditate vigente ⁊ spiritus retentione
circa cor: pulsus fiunt magni ⁊ fortes. In estate veloces ⁊ festinan-
tes propter festinam resolutionem sanguinis in fumum ⁊ spiritum: sunt
veloces propter multam necessitatem attrahendi aeris: propter refrige-
rationem sunt frequentes. In hieme fiunt rari ⁊ tardi propter causaꝝ

predictis ꝯ̃rias.s. ꝓpter ꝯstrictionem cordis ⁊ ꝓpter refrigerationem ae-
ris. Ex ꝯstrictione fiunt pulsus parui ⁊ tardi ⁊ rari. Nota tñ ꝙ licet nutri
tiua sint calidiora in hieme: Q̃m ventres hieme ⁊ vere ⁊c. Spũalia tñ fri
gidiora sunt: q̃m aer ⁊ spũs frigidus libere ad cor ⁊ pulmonem inspiratus
non penetrans ad nutritiua ꝓpter interpositũ diafragma solũ spũalia di-
sponit: ⁊ ẜm habitudinem spũaliũ pulsus habent disponi. Circa nutritiua
retinet̃ calor ꝓpter ꝯstrictionem poroꝝ vnde poris ꝯstrictis fumose ⁊ va
porose supfluitates cũ non possint exalare retinent̃ in corpore: ⁊ ideo cali-
diora sunt. In estate ꝓpter causas ꝯ̃rias fiunt dispositiones ꝯ̃rie spũaliũ
⁊ nutritiuoꝝ ⁊ pulmonis. ¶ Labor. idest exercitiũ corporis mutat pul-
sum ex tempato exercitio: q̃m nociua corporis supfluitas dissoluit̃ ⁊ mem-
bra ꝯfortant̃ ⁊ naturalis calor augmentat̃: fiunt pulsus magni veloces for
tes in virtute ⁊ frequentia mediocres. In exercitio aũt existente intem-
perato cum iam dolor ⁊ fatigatio membra inuadunt fiunt pulsus parui
debiles vel parui rari: q̃ virtus iam deficit: ⁊ calor naturalis iam minuit̃.
ex multo exercitio desiccant̃ humores vnde pulsus duri reddunt̃. Nota
ꝙ distemperata exercitia in sui principio faciunt pulsus magnos ⁊ fortes
sed in ꝓcessu ⁊ fine faciunt puos ⁊ debiles tardos ⁊ raros ⁊ duros. ¶ Lo
cus ⁊ tp̃s. ⁊ exercitiũ ⁊ alia que in hoc versu ꝯtinent̃ ad res non natura-
les sunt referenda. ¶ Esca. idest cibus mutat pulsum qualitate ⁊ quãti-
tate. quãtitate: q̃ si multus sit: facit pulsum in principio inordinatũ ꝓpter
aggrauationem virtutis compresse a digestione: ⁊ excitato calore fit pul-
sus magnus ⁊ fortis cibo per membra digeri incipiente: ⁊ membris ex nu-
trimento ꝯfortatis quãdo cibus digerit̃ bene: virtus ꝯfortatur. calor exci-
tatur: pulsus magnificat̃: ⁊ velox efficit̃: cibus paruus cito digerendus ⁊
ad membra dispergendus facit pulsum minus fortem minorem: inter mol
liciem ⁊ duriciem mediocrem. Qualitate cibus variat pulsum si fuerit ca
lidus facit pulsum velocem spissum: ⁊ frigidus ꝯ̃riũ: humidus mollem: sic-
cus durum ⁊ potes combinare qualitates ⁊ pulsuum dr̃ias. ¶ Repletio.
idest dulcis aque balneũ calidũ: q̃d alio nomine repletio censet̃: q̃ dupli-
citer replet ex aere temperato: q̃ intus replet: ⁊ ex aqua calida balneum
dulcis aque moderate calidũ temperato modo vsitatum facit pulsum ma-
gnum velocem fortem mollem spissum. Nam virtutem augmentat ꝓpter
dissolutionem humidaꝝ supfluitatũ ⁊ calefaciens corpa pulsum facit velo-
cem mollem spissum ꝓpter humectationem. balneũ diuturnũ facit pulsum
minorem ⁊ debiliorem magis q̃ prius: ꝑmanentibus velocitate ⁊ spissitu-
dine q̃ fit ex virtutis defectione: ⁊ dissolutioni humani corpis in augmen
to sui caloris. sed in mollicie ⁊ duricie manet mediocris. Si aũt in balneo
tm̃ quis moret̃ ꝙ virtus dissolnat̃: ⁊ calor minuat̃ fit pulsus paruus debi-
lis tardus: sicut in nimiũ exercitantibus. Balneũ aũt aque frigide mode-
ratũ ẜm vsum in crasso corpore iuuenili facit pulsum magnũ fortem velo-
cem: q̃ calor naturalis coadunat̃ intus ⁊ virtutem ꝯfortat. sed si tm̃ moret̃
quousq̃ naturalis calor deficiat vel fugiat facit pulsum paruũ tardũ raꝝ:

q̄ꝛ virtus suffocat. Sed in macro ⁊ tenui facit pulsum defectū ⁊ tardum.
nam in tali corpore frigiditas non habet resistentiā vnde cito ad interiora
penetrans calidum cito intercipit ⁊ extinguit ⁊ virtutem minuit. vnde fit
pulsus tardus ⁊ rarus. ⁊ debilis fit ⁊ durus: q̄ꝛ organa frigiditate consti-
pant. Sed ex diuturua mora in tali corpore facit pulsum defectissimū du
rū rarū frigiditate membra per principalia pcutiente: calore in interiora
fugiente. ¶ Potus. Immutat pulsum qualitatis ⁊ q̄titatis ꝓut sunt
differentes species potuū: sicut de cibo dictum est nisi ꝙ cibus magis nu-
trit ⁊ confortat. ¶ Causa morbi. Immutat pulsum q̄ licet ab auctori-
bus varie ⁊ multipliciter distinguunt. In duo tñ membra possumus par
tiri. Causa enim morbi alia est ꝯ naturā que est dissoluens ⁊ dissipans na-
turā alia aggrauans ⁊ ꝯstringens. Causa dissosuens ⁊ dissipās virtutem
est ablatio nutrimenti pessimitas quoq̧ morbi. anime etiā accidentia maxi
mi dolores: excessus inanitionis. Causa aggrauans ⁊ ꝯstringens est ni-
mia humoꝝ multitudo. apostema calidū: ⁊ frigidū: ⁊ similia. ¶ Prius de dis-
soluentibus videamus: Cause dissoluentes faciūt pulsum paruū debilem
velocem spissum: ⁊ q̄to plus intendunt cause dissoluentes ⁊ ꝓlongant tā-
to plus in debilitate ⁊ defectione amplius intendunt. ⁊ formicās ⁊ vermi-
culosus efficit: qui inter alios deffectissimus est ⁊ minimus ⁊ pessimus: cū
subito etiā dissoluit virtus sicut in nimio fluxu sanguinis de vena vel phle
bothomia vel de arteria aut de fluxu sanguinis ex vulnere vel dissolutio
ne ventris: qđ fit cum cadit subito vitalis spūs: sicut in syncopi videmus.
Hic est pulsus qui ex defectione fit virtutis. Et nota ꝙ vermiculosus ne-
cessario precedit formiculosum. ¶ Pessimitas morbi vstiui ⁊ ꝯsumptiui fa-
cit vermiculosum. De accidentibus anime licet sint de causis dissoluenti-
bus ⁊ dissipantibus virtutem: in fine huius capituli dicemus. Dolor si in
aliquo membro fuerit: pulsum facit pessimū: vt in epate vel stomacho: qui
si sit maximus in nō principali sicut in manu vel in pede facit pulsum pes-
simū: sicut mediocris in principali. dolor quicūq̧ siue in principali siue in
non principali: facit pulsum velocem fortem spissum: q̄ꝛ dolore natura re-
mittit: vt dolor expellat in q̄ virtus vitalis ⁊ calor naturalis mouet. Sed
si dolor ꝑmāserit ⁊ virtus euanuerit pulsus fit debilis paruus velox spis-
sus ⁊ inordinatus. Inordinatio fit q̄ꝛ dolor īterdū crescit: interdū minuit.
Cause grauantes ⁊ ꝯstringentes sunt ex humoribus abūdātibus nimiū:
qui si in vno mēbro abūdauerint faciūt morbū ſm naturā humoꝝ ⁊ effe-
ctū mēbroꝝ: vñ morbi nascētes ex plenitudine plures sunt q̄ qui nascunt
ex inanitione. ¶ Pulsus vir ex virtute aggrauantibus morbis est pulsus
paruus debilis. Ex defectu virtutis ꝑgrauatione humoris plenus ꝓpter
abūdātiā: spissus ꝓpter necessitatē refrigerii: inordinatus q̄ꝛ virtus victa
ab humoribus sicut ignis ex lignis appositis oppressus aliqñ sepelit: ali-
qñ emergens remittit. Qñ v̓o virtus grauida vel grauata est multū di-
uersitatē necesse est vt faciat: aut in magnitudine vel velocitate vel in dua
bus vel in pluribus vel in paucioribus. Cū aūt virtus equiparat humo-

ribus fit pulsus equalis diuersitatis:q2 magnos equat minoribꝰ. Si vir-
tus euacuatur ab humoribus parui ⁊ defecti fiunt ⁊ plures tales cōtinuan
tur q̃ fortes. Si econtra: contrariū. Aliquando virtus ex quibusdā moue
tur nocumentis subito: ⁊ repente ferit digitos cū pulsus quiescit que ꝑcu-
sio superflua videtur. Causa est q2 cū natura quiescat superuenit aliquod
nocumentū: vnde mouetur inuita vt ab illo nocumento se defendat. Ali-
quando deficit virtus in tempore motus. vnde vt virtus quiescat, est ne-
cesse. Et propter hoc inter duas siue tres vna percussio minus apparet.
¶ Pulsus vehemens: ex plenitudine pulsus est sicut ex sanguine per totum
corpus se effundente: quia est magnus velox plenus inter durū ⁊ molle me
dius. Causa patet per se que si sit ex colera rubea fit velox spissus calidis-
simus durus inordinatus ex impetu colere. similiter de flegmatico potest
prosequi ſm qualitates suas. Et variantur pulsus ⁊ intenduntur ſm hu-
mores qui putrefiunt intenduntur ⁊ remittunt. Et ſm abundantiā humo-
rum maiorem pulsus faciunt inordinationem. ¶ Prout ergo morbus fuerit
ex diuersis humoribus ⁊ in diuersis membris fundatur ⁊ pulsus diuersifi
catur. Deinde de variatione pulsuū propter causas morboꝝ in sequenti-
bus suo loco dicemus: ⁊ de mutatione pulsus propter genera morborum.
¶ Coitus. Moderatus si conuenienter ⁊ ex interuallis ſm cursum sua
rum particularū fiat pulsum facit velocem magnū fortem. Inmoderatus
⁊ si primo magnū fortem: post tamen debilem paruum facit. ¶ Turbatio
mentis. idest passio anime sicut leticia ira ⁊c. Ira pulsum facit velocem ⁊
spissum ꝓpter calorem subito exterius erumpentē ex nimio desiderio vin
dicandi. Et fit tpatus in mollicie ⁊ duricie. Leticia facit pulsum magnū et
mediocrem inter fortē ⁊ debilem inter tardū ⁊ velocem: q2 ꝓpter calorem
tpatum nō est necessaria multa refrigeratio. Tristicia facit pulsum paruū
debilem: rarum: q2 calor paulatim interius reducitur: que si multum mo-
retur facit pulsum vermiculosum deinde formiculosum. ¶ Corporeq3 si-
tus. ¶ Positiones corporis ⁊ modi iacendi vt si aliquis iaceat supra latus
sinistrū ⁊ comprimat brachiū sinistrū ex compressione brachii ad locū con-
strictū contrahitur sanguis vnde pulsus occultus ⁊ q̃si defectus apparet.
vnde si aliquis iprouidus talis ꝯpressionis tangat huiusmodi pulsum falli
pōt: mori pacientē diiudicans. Oportet ḡ medicū pulsum in alio brachio di
scernere. Sed si sentiat ipsum fortē sciat aliū pulsum esse immutatū ex com
pressione. Sin aūt pōt desparare. Hec oīa imutant siue. ¶ Variant pulsum.
idest vario mō sicut dictū est commutant. ¶ Idiomata. idest differētias
pulsus ab idos qd̄ est forᵃ. Omnis nāq3 differentia ex forma consurgit.

Secunda particula de decem significationibus generꝫ:

Rdua propositi pars est exhausta laboris.
Altera nunc superest: cuius distinctio certis.
Prescriptas species studet informare figuris.

¶ Executa prima parte operis sui in qua egit principaliter de decem generibus pulsuum s̄m diuersas diffinitiones ꝛ proprias: ꝛ eoꝝ diffinitiuas assignationes: aggreditur secundā ptem: in qua intendit tractare de significationibus generum. Sed anteq̄ incipiat distinguere significationes generum quedam premittit capitula necessaria ad intelligentiam p̄cedentiū ꝛ subsequentium sicut fecit in prima parte. In primis vtitur trāsitu i quo dicta dicendis continuat. ¶ Ardua. idest difficilis. ¶ Pars propositi. idest laboriosi operis quod proposuimus de doctrina pulsuum. ¶ Exhausta. idest completa ꝛ mandata executioni. ¶ Altera nunc. idest partitio. ¶ Superest. Tractanda restat. ¶ Cuius. .s. partitionis. ¶ Distinctio. idest distinctionis facte executio. ¶ Studet. idest studiose intēdit ꝛ aperit intentionem huius partitionis ꝛ quid studet ostendit. ¶ Informare p̄scriptas species. idest predicta decē genera pulsuū ꝛ eoꝝ spēs. ¶ Certis. idest manifestis ꝛ secretꝭ. ¶ Figuris. idest significationibꝰ.

In quibus arteriis est pulsus considerandus.

Pulsus in arteriis discerni debet honestis.
Expositis: longis: rectis cordiq̄ꝫ propinquis.
Unde sinistra manus: cum sit contermina cordi.
Judicio pulsus cognitior esse probatur.
Est ibi certa fides veri constantia motus.
Pulsus veridicus: nature vernula fidus.

¶ Hic docet auctor in quibus arteriis pulsus debet cōsiderari. Cū enim sit considerandus in arteriis non tamen in omnibus sed tantū in arteriis sinistri brachii que ad inuestigandum pulsum ꝛ explorandas habitudines corporis specialiter sunt destinate. Arteriarum alie sunt inferiores vt in longitudine dorsi: alie profundate in carne sicut in coxis: alie ossibus operte sicut in pectore: alie a corde nimis remote vt in plantis pedū ꝛ calcaneis alie sunt nimis breues vt in summo nasi: ꝛ alie tortuose vt in temporibus ꝛ auribus: alie indecentes vt circa pudibunda: ꝛ maxime in mulieribus. Alie que quāuis participent aliquā differentiarum precedentium tamen equiuoce sunt ꝛ ambigue: sicut arterie dextri brachii. Prime reprobātur propter posterioritatem: quia motus caloris viget plus in anteriori parte cordis q̄ in posteriori. Secunde propter oppressionem carnis: quia non sunt exposite sed supposite ꝛ carni inuiscate. Alie propter ossium supPositionem vnde motus arteriarum ad ossium superficiem redundare nō potest. ideoq̄ꝫ insensibilis ꝛ occultus latet. Alie propter nimiam remotionem a corde: quia motus cordis citius languet ꝛ deficit in remotis q̄ in propinquis. ꝛ in processu tante peregrinationis lentescit. vis enim mortificationis citius inuadit in extremas ptes q̄ ꝓpinquas. Sicut enim calor ignis citius ab actione desti uit in extremis angulis domus q̄ circa ptes

camino propinquas vel vicinas:ita in calore naturali arbitrandū. Alie pp nimiā breuitatem:q2 non possunt recipere appositionem quattuor digitorum. Et sic impeditur in talibus arteriis cognitio magnitudinis ₇ fortitudinis:que sunt precipue de pulsu differentie:₇ non cognoscetur in talibus vtrum sit pulsus longus vel paruus vel curtus. Credit tamen vulgus:ꝙ propter talem pulsum qui est in summo nasi certificetur mortis vel vite iudicium. Et si non sentiatur ibi pulsus morti adiudicant si econuerso nō desperatur. Alie ₇ si quando tangantur tam propter tortuositatem vitātur: quia quattuor digitos ex directo non possunt recipere. Alie propter turpitudinem pudendoꝝ:₇ q2 esset indecens discooperire pudibunda ₇ maxime mulieꝝ sunt vitande. Alie ₇ si conuenienter inuestigari possunt:q2 tamen non sunt adeo fideles ₇ veridice propter caloris epatis suppositionem nō adeo frequentantur propter fallaciā equiuocationis sibi implicitam sicut patet in littera. Sed sinistri brachii preeliguntur arterie:q2 longe recte exposite decurrentes:cordi vicine sunt fideles. ¶ Honestis. Ad differentiā eaꝝ que indecentes sunt. ¶ Expositis. idest nudis ₇ apertis ad differentiam eaꝝ que sunt carne ₇ ossibus aperte. ¶ Longis. Ad differentiam breuiū. Rectis. Ad differentiā tortuosaꝝ. ¶ Cordiꝗ ꝓpinquis. Ad differentiā infideliū ₇ a corde distantiū ₇ decipientium ex falsa opinione:₇ hoc totū habent arterie sinistri brachii. vnde dico ꝙ in talibus confidendū est sicut sunt predicte. ¶ Unde. idest propter hanc causam considerare debes in arteriis sinistri brachii. ¶ Sinistre. idest arterie sinistri brachii ₇ ostendit causam. ¶ Cum ibi. idest in illis arteriis. ¶ Certa fides idest certū ₇ fidele iudiciū ₇ habitudinem cordis propter propinquitatem:₇ q2 ex calore epatis nullum aufertur eis preiudicium.

In quo brachio debet pulsus considerari.

Dextra pars quia feruidior:quia plenius illam.
Uiuificus vapor irradiat. cordisꝗ lucernam.
Liberius recipit:vbi puri sanguinis actor.
Regnat epar:teneri blandus persuasor amoris.
Incentiua mali qua feruet fellea bilis.
Equiuocat pulsum:tanto confusa calore.
Implicat errores:examen adulterat artis.

¶ In hoc capitulo assignat causam quare in brachio dextro pulsus non sit considerandus:₇ assignat causam. s. multiplex dniū caloris. Est enim in dextra parte corporis calor dnator:tū propter epar in dextra parte locatū:qđ est membrū calidū ₇ virtutis nutritiue fundamentū:tū ꝓpter cistis fellis in ea parte mansionem:vnde omnis ire estuatio ꝓcedit:tū ꝓpter cordis in eā partem exsufflationem:q2 licet suū habeat domiciliū ī sinistra pte insufflat tamen spiritū ₇ suū ₇ calorem vitalē in dextra pte. ¶ Feruidior.

idest in caloris predominatione dominantior qd habet ppendi ex fortitudine ⁊ mobilitate ⁊ strenuitate defensionis: idest defendendo enim corpus sinistra tanq̄ seruilis pretendit scutum. dextra tanq̄ fortis ⁊ militans exigit gladiū ad feriendū euaginatū. ⁊ quia dixit q̄ pars dextra sit feruidior per explanationem partiū probat cū subdit. ¶ Quia plenius. Fit dominatio caloris in dextra parte premittit causam que elicitur ex vitali spiritu ex suffiatione in dextram partem. ¶ Viuificus. idest calor vitalis a corde procedens. ¶ Irradiat. Accendit ⁊ illuminat tanq̄ radius a sole prorūpens ⁊ procedens. ¶ Plenius. idest perfectius. ¶ Liberius recipit. Propter exsuffiationem eius in dextrā ptem. ¶ Ubi sanguinis actor. Ponit aliā causam que trahitur ex positione epatis quare sit calidior. ¶ Actor. idest fabricator ⁊ generator. In epate enim sanguis vniuersus generatur. ¶ Blandus pulsus. Quia ex calore iecoris ꝓpter copiam sanguinis vnde membra reficiunt lasciuiunt ⁊ iocūdantur: ⁊ amoris illecebra suggeruntur. ¶ Incentiua. Assignat tertiam causam q̄re pars dextra preferat in calore: que sumit a cisti fellis q̄ cū sit domiciliū colere et habitatio ire in dextra parte est cōstituta. ¶ Fellea. idest cistis fellis que ire amaritudinem ⁊ rancorem cōtinet. ¶ Equiuocat. idest ambiguū ⁊ suspectū efficit pulsum tangenti in dextro brachio vtrum sit talis pulsus ex cordis calore vel epatis ideo equiuocat. ¶ Implicat error. idest fallaciā ⁊ illusionem. ¶ Adulterat. idest propter deceptionem adulterinā infame reddit iudicium huius artis.

Quomodo tangens pulsum debet tenere manum.

Leua manus medici leuam leuet: ⁊ regat egri.
Substentantis opem pars imbecilla requirit.
Que si se regerit modico concussa tremore.
Falleret artificem: fieretq̄ examinis error.

¶ Hic instruit medicum qualiter debeat tenere manū egri. Est equidem manus leua egri sinistra manus medici substentanda ⁊ assignat rationem: quare. ¶ Fieretq̄ examinis error. quia cū talis tremor in toto corpore sano quandoq̄ fiet ex carentia regimenti ⁊ defectu substentationis ꝓpter debilitatem neruorū crederet medicus non attendens causam: tremorem illum accidere ex defectu spirituū ⁊ instātia mortificationis ⁊ ita seductus: patientem adiudicaret morti. Sed si substentato brachio tremor sentiatur certū est q̄ vel corpus est paralyticū: ⁊ nerui multū sunt debilitati: ⁊ opilati vel aggrauati: ⁊ spiritus intercepti vel defecti: quod est in febribus acutis ipsa perseuerante ⁊ natura debili existente mortale. vt ergo medicus non incurrat fallaciā in tangendo pulsum egri semper brachiū substentet.

De instructione medici.

Sed caue ne digitos in pugnum comprimat eger.
Aut nimis extendat. lateris ne mole lacertus.
Compressus fuerit. moderati scomatis ordo.
Adsit: vt ambiguum tollat moderatio motum.

¶ Hic instruit medicū ſm aliā cautelā: qȝ debet considerare medicus quā do pulsum tangit ne eger teneat digitos cōtractos ꝛ cōplicatos in pugno: vel extensos in palma. Sed videre ne vlla neruis vel arteriis inferat violentia vel extensionis vel compressionis. Quando. n. lasso ꝛ simplici modo tenetur: nerui ꝛ arterie ꝛ spiritus liberius suā celebrant discursionem p cōcauitatem eoꝝ. ¶ Lateris. Hic ponit aliā cautelā que vertit circa positionem iacendi. Cauendū est ne patiens supra latus iacuerit: ꝛ brachiū cōpressum tenuerit. Nā si medicus est prouidus ꝛ brachio cōpresso pulsum tetigerit ꝛ ipsum sentire nō possit adiudicabit eum: ꝙ forte nō sanus sit vel modicū egrotet: ideo medicus si pulsum nō sentiat debet interrogare vtrū eger supra latus sinistrū iacuerit: qḋ si est ita debet tāgere dextrū brachiū: qȝ in membro cōpresso non sentit pulsus. ratio est: qȝ est p attractionem sanguinis ad locū compressum: sicut cū manus alicuius laqueo vel fune ꝯstringitur illico sanguis ex dolore vehementior ꝛ irritatior attrahitur in multa quātitate: vnde motus spirituū ex tanta sanguinis proportione suffocat: ꝛ pulsus non sentit: ideo etiā fiunt dormitationes in pedibus insensibiles ex vehementia ꝯpressionis. ꝛ ideo ne ꝑpter cōpressionem impediatur iudiciū. ¶ Adsit ordo. Ponit ꝯsiderationes de moderato ꝛ iordinato. ¶ Scomatis. idest positione membroꝝ. Est aūt ordinata positio membroꝝ. Si eger iaceat supra dextrū latus frequētius ꝙ̄ supra sinistrū ad recreationē dextri. nullā faciendo ꝯpressionē brachii. Et q̄re. ¶ Ut moderatio. .i. moderata positio. ¶ Tollat ambiguū motū. idest allusiones ꝛ ambiguitates remoueat que se ingerit ex debili ꝛ occulta motione in membro compresso.

Qua manu debet tangi pulsus.

Dextra manus quoniā sensus indagine pollet.
Et sibi viuidior datur experientia tactus.
Applicet arterie digitos. manifesta notentur.
Appositis digitis: leuiter abscondita pressis.
Nec prius absistat donec centesima fiat.
Motio: qui numerus nature seruit: ꝛ huius.
Judicio numeri claret sententia veri.

¶ Hic ostendit auctor qua manu medicus debet tangere pulsum. ꝛ dicit ꝙ dextra manu: qȝ in ea pp multiplicis caloris dñiū: sicut est prius dictū viuida sensibilitatis expientia dñat. ¶ Applicet arterie digitos. idest ventriculos q̄ttuor digitoꝝ ꝑpter longitudinem arterie: vt ex tali appositione

possit pulsum investigare sm longitudinē latitudinē et altitudinē. ¶ Manifesta. Hic ponit quandā cautelā q in corpore macrifacto vel macilento vbi est manifesta et exposita arteria nec carni inuiscata debet pulsus leniter tangi et superficialiter: quia tumida est arteria nec eget compressione. In crasso corpe et multū carnoso quia molle: carne cōpressa est arteria: et profundis partibus intricata debet pulsus tangi cū cōpressione digitorum: aliter enim nō sentiret. ita in forti et debili faciendū est. Debilis. n. pulsus nō est premendus.
¶ Nec prius absistat. Hic ponit auctor aliud documentū: q medicus in discretione pulsus et positione digitorum sup arteriis debet continuare vsq ad centesimā percussionem. Intra enim hunc numerum omnes pulsus differētias et diuersitates poterit perpendere: vtrū inciduus vel deciduus vel ordinatus vel inordinatus et qualis inordinatus: et sic de aliis. Centinarius enim precipuus est limes numeri vel numerorum et multe perfectionis ministerio fecundus et grauidus. Et i naturalibus et theologicis: ideoq aliis preligitur.

De significationibus magni pulsus sm naturam.

Magnus qui numeris nature se moderatur.
Quem nec causa mali: nec vis synthomatis vrget.
Prodigus instabilis aure cupidus popularis.
Ardua molitur: animi secreta reuelat.
Huic comes adiuncta est virtus intensa calore.
Copia spirituum species accōmoda membris.
Ad dilatandum procliuis et apta moueri.

¶ In hac 2ª portione pmissis quibusdā vtilibus intelligentie pulsuū doctrine multū necessariis. Hic aggredit principale propositū incipiendo tractatū de significationibus pulsuū. Incipit a p° qd sm trinā dimensionē attendit. s. de significationibus magni pulsus. Primo ondit significationes magni sm nām. Post magni pter nām. Magnus sm nām significat fortitudinē et abundantiā spūs ipellentis arteriā et multiplex dniū caloris nālis et mollicie etiā organi et etiā eius obedientiā et capacitatē dilatationis. Unde ois pulsus magnus nā mollis est vel tpatus in mollicie et duricie: significat pdigalitatē: quia motus caloris a centro ad circunferentias est: et oia dispgit. vñ mobilitates ai confortant motu caloris in rerum dispone significat et instabilitatē et leuitatē mētis. nā oē calidū velocit mobile. ¶ Aure pplaris. i. inanis glorie captationē. nā calor i altū tēdit et i calido corpe nālr sanguis ebullit: et spūs estuat. vñ sm motū caloris et hitudinē cordis et motionē spirituū: et qlitatē complexionis: nā confortat et suas trahit affectiones. vñ de aliis et gloriosis et magnificis reb9 fauorabilit amplectit. Et ex eadē cā significat multā spem et maniacā confidentiā difficiliū et iexeqbiliū operum aggressionē: et secretorum propalationem. Et hoc maxime in corde breuis stature in quo propter propinquitatis cordis et cerebri rationē festinus est recursus spirituū.

De significationibus magni pulsus preter naturam.

Qui naturales peregrinus ab ordine leges.
Transuolat: et magis sibi pulsus nomen adoptat.
Concitat hunc: praueque mouet conceptio cause.
Spirituum feruor: vis: et synthomatica: febris.
Aut labor: aut coitus vehemens: aut impetus ire.
Et rata pars eius magno concordat apertus.

¶ Subiungit de significationibus pulsus preter naturã: que significationes sic sunt ppendende. Si precedente pulsu paruo vel in magnitudine et paruitate mediocri in sano corpore fieri incipiat magnus pulsus: significat feruiditatem distempantiã febrilem caloris: quã potes specificare per alia accidentia vel quãcunque motionem corpis vt ex nimio labore: vel coitus ꝯcussione: vel ire impetuositate. ¶ Ab ordine. idest lege nature &c. ¶ Et rata. Significationem eandem aperto attribuit quã magno appropriauit: cũ apertus pulsus in magno pulsu tãque eius pars contineat. Sed hc significationes fidelius committant magnum et integrius. potest enim apertus esse et si non magnus.

De significationibus longi pulsus ꝫm naturam.

Et quem continui producit linea motus.
Conciliat proprium cui vis geminata calorem.
Fertile spirituum regimen: validũque calorem.
Indicat: et valido que sunt adiuncta calori.
Quem nota causa trahit: quãuis aliena lacessat.
Lapsum discrasie notat: excessumque caloris.
Sunt adiuncta satis expressa superficialis.
Cui natura suum dat consistentia motum.
Segnities: mens flexibilis: crasis humida cordis.
Falsa superficies et synthomatica chimos.
Discipat arterias: humectat membra: resoluit.

¶ Hic agit auctor de significationibus longi pulsus. Et primo longi ꝫm naturã que satis concordat significationibus magni. sed magnus pulsus predicta accidentia sola natura significare habet. Longus significat dñiũ caliditatis et multitudinem spirituũ ꝫm longitudinem arterie porrectos: significat ꝓdigalitatem et ꝓpagationem et alia et maxime si ꝯiungatur aliis differẽtiis pulsuũ. Nã si sit longus et strictus et occultus vel mediocris inter apertũ et occultũ non significat ita plenarie ꝑdicta. vnde auctor nõ ponit nisi significationes tm̃ q sunt a longo pulsu insepabiles. ¶ Nota cã. idest aliena et accuta. ¶ Trahit. Disponit ꝫm longitudinem curto pulsu

ꝑcedente vel mediocri inter longitudinem ⁊ curtitatem ad ꝑcedentē pulsum. pulsus enim semp respiciendus est ad pticularia corpis adiuncta. Et hoc sit tibi generale in oibus sequentibus: vt amplius nō repetat. ¶ La cessat. idest cōmoueat ⁊ cōmutet. ¶ Discrasie. idest febrili distempantie vel alterius ꝯcte ex coitu labore ira forti vino ⁊ similibus. ¶ Supficialis. idest alti pulsus laterialiter: qd̄ pōt ppendi si sano existenti ⁊ equato nec mutato ex aliquo accidēte pseuerauerit talis. ⁊ talis appareat. talis. n. latitudo ita ꝓbata naturalis est. ⁊ ita de aliis differentiis pulsualibus ꝫm suū modū intelligendū est. ¶ Segnities. Ex abūdāti humore vnde spiritus grauant qui qn̄ viuidi sunt ⁊ agiles nulla humiditate oppressi faciūt membroꝝ mobilitatem ⁊ agilitatem ⁊ strenuitatem opandi. sed humiditas excedens naturaliter cū frigiditate vel cū remisso calore pigriciā operat. Sed si fortis esset calor cū humiditate non faceret latum tm̄ sed longum ⁊ apertū. ⁊ tunc talis latitudo non designaret pigriciā: sed hic ꝯcipimus latitudinem cum pulsus excedit in latitudine ⁊ non in aliis: q̄ latitudo fit ex abūdātia humiditatis seruata mediocritate in aliis q̄litatibus. ¶ Mens flexibilis. Quia cū humiditas sit debilior inter passiuas: ⁊ ad mutandum abilior operatur inconstantiā ⁊ infidelitatem mentis. vnde mulieres cum sint humide maxime sunt infideles. ¶ Crasis. idest complexio. ¶ Falsa superficies. idest latus pulsus preter naturā qui fit ex supercrescente humiditate sanguinis. ¶ Et synthomatica. idest que ex grauamine ⁊ oppressione virtutis ⁊ ex synthomate ⁊ repletione fit lacus. ¶ Chimos. idest significat dissolutionem chimorum ⁊ humectationem ⁊ remolliciem neruorum ⁊ membrorum: ⁊ talis debet esse paruus debilis inordinatus inequalis ex aggrauatione virtutis.

De significationibus occulti pulsus ꝫm naturam.

Qui latet occultus: nimis in centro reuolutus.
De generi natura regit quem deuia motu.
Claudit conceptus animi: secreta sigillat.
Pauperat innati regimen vitale caloris.
Organa spirituum designat: inepta moueri.
Qui latet enormis geniiq̄ caractere fracto.
Spiritus atq̄ vigor breuis est: animusq̄ pusillus.
Mergitur in centrum nec preparat inde regressum.
Tendit in eclypsim querens subuertere phisim.

¶ Postq̄ egit de significationibus magni pulsus ⁊ partiū eius. s. aperti longi lati. Cōsequenter agit de significationibus parui ꝫm suas ptes tm̄. Et primo de occulto qui ꝯtrarius est aperto. Talis ꝫm naturā significat imbecillitatem virtutis ⁊ pauperiem spirituum naturalis caloris debilitatem: ⁊ duriciem organi: ⁊ inobedientiā ad dilatandū ⁊ significat pusillanimitatem ⁊ celationem secretorum. ꝫm hoc omnis occultus naturaliter du-

rus est pro maiori parte. ¶ Qui latet enormis. Preter normam nature talis significat exiccationem caloris naturalis circa cor: defectionem spirituum imbecillitatem membrorum τ hec que ad sui naturam pertinentia ex hiis sequunt. s. pusillanimitatem τ a difficilioribus τ magnis rebus retractationem: animi inuidiã: timiditatem: auariciã: detractationẽ. Hec. n. fiũt a frigiditate cordis: τ debilitate spirituũ. ¶ Physim. idest naturã.

De significationibus curti pulsus naturalis.

Qui mutilo motu ferit organa sed gemali.
Contrahit a magnis animi molimina rebus.
Inuidus τ cupidus magnus detractor auarus.
Frigida quem cordis complexio spirituumqꝫ.
Pauperies vis membrorum imbecilla sequuntur.

¶ Hic agit de significationibꝰ curti pulsus. significat talis pulsus si fiat: debilitatem caloris naturalis circa cor τ defectionem spirituũ τ imbecillitatem membrorum: τ hec que ad sui naturã pertinentia ex his sequunt. s. pusillanimitatem τ a difficilioribus τ magnis rebꝰ retractionem animi inuidiam detractationem timiditatem auariciã. hec. n. ex frigiditate cordis τ defectione spirituũ nascuntur. ¶ Sed gemali. idest naturali non est curtus preter naturam de quo subdit.

De significationibus curti pulsus preter naturam.

Qui rectum mutilat enormis τ apocopa cursum.
Stans ita continue: subito nec longior adsit.
Aure vitalis studet annulare calorem.

¶ Hic agit de curto pter naturã. dicit nãqꝫ ꝙ curtus pter naturã qui ꝯtinuat curtitatẽ nec regredit in longitudine: significat defectũ nature: τ defectũ spirituũ τ mortificationẽ: ideo dixi qui ꝯtinuat. nã fit aliqñ curtus qui subito in longitudine regredit: τ talis fit ex natura afflicta se ꝯhibente vt vires suas assumat. τ ꝯ morbũ post fortius operet: qδ potest sciri: qꝛ subito ĩ longitudine cadit: sicut videmus in ariete: qui vt fortius pcutiat se ꝯhibit τ vires suas colligit. ¶ Enormis. idest decurtatio facta preter naturam. ¶ Mutilat. Amputat recitudinem τ cursum prioris longitudinis ita ꝙ in longitudinem de curtitate non regreditur. ¶ Aure. idest spiritus vitalis. ¶ Annullare. idest extinguere.

De pulsu gracili tam ꝭm naturam ꝙ̃ preter naturam.

In gracili qui nature priuatus obedit.

Cordis sicca crasis legitur constantia mentis.
Propositiq; tenor atq; inconcussa voluntas.
Ex gracili preter naturam significatur.
Corporis ariditas:compactio materiei.

¶ Exequit de significatione gracilis sm naturā qui significat siccitatem cordis & arterie:constantiā mentis & stabilitatem propositi ratione siccitatis que est ɔ̃ria motui. Sed gracilis preter naturam qui sic in morbis habet fieri:membrorum ariditatem significat:& compactionem materie morbi & longitudinem morbi:que in accuta est pessimum.

De significationibus pulsus sm ɔbinationem & obuiationem.

Linea si fuerit sociata superficiei.
Regnat & aereus in vasis militat humor.

¶ Hucusq; egit auctor de significationibus pulsuum plurium qui dispo nuntur sm simplicem & singularem quātitatem.nunc agit de illis significationibus pulsuum qui disponuntur sm obuiationem plurium quātitatum:sicut longi lati:longi stricti:curti & lati:curti & stricti. Dicit itaq; q per has combinatiões significantur dominantie diuersorum contrariorum. ¶ Linea. idest longitudo. ¶ Supficiei. idest latitudini.i.pulsus longus & latus significat q. ¶ Aereus. .s.sanguis qui propter qualitates suas qualitatibus aeris consimiles dicitur filius aeris. ¶ Regnat & milit at. idest dominatur & excedit ĩ venis:q̄ sunt vasa sanguinis.ex dominio itaq; sanguinis preter naturā debet esse pulsus longus ex caliditate & humiditate & spirituum quātitate arteriam replentium. Et latus ex humiditate & velox temperatus inter durum & molle.

De longo & stricto pulsu.

Linea stricture nexu vinclata fideli.
Nuncia fit colere:cuius vis ignea venas.
Incolit:& sedes sibi vendicat interiores.
Flegma probat breuitas regnare superficiata.
Imperium quarti breuitas angusta fatetur.

¶ Hic agit de pulsu significāte colerā.i.lōgo & stricto. ¶ Linea. .i.lōgitudo. ¶ Vinclata. .i.copulata. ¶ Stricture. .i.pulsui longo & stricto. dn̄ante itaq; caliditate & supraexcedēte:dz eē pulsus lōgus ex calore & multa resolutione sanguis colerici ĩ fumū & spm̄. Et strictus ex siccitate velox qn̄q; & spissus ex necessitate refrigeratiōis. Durus ex ariditate colere & inordinatus ex mutatione vel ex turbatione nature pro ĩpetuositate ardoris

debet quoq esse multū calidus ex intenso calore in egritudinibus ex colera: in apostematib9 colericis debent hec accidentia multū esse fortificata. ¶ Breuitas. idest pulsus latus strictus curtus ex frigiditate latus ex humiditate. ¶ Probat flegma regnare. idest significat dominiū flegmatis qd̄ est frigidū humidū. dicit ergo pulsum esse tardū paruū mollem. ¶ Imperiū. idest dn̄ium. ¶ Quarti. idest melācolie. ¶ Breuitas angusta. idest curtitas copulata cum strictura significat dn̄ium melancolie. Curtus ex frigiditate: strictus ex siccitate: est quoq tardus durus.

De forti debili pulsu.

Si fortis valida membrum virtute repellit.
Vix regitiua suum tenet inconcussa vigorem.
Spiritus exultat cuius procliuiter ictum.
Suscipit: facile membri substantia cedit.
Pergit in oppositum species contraria signum.

¶ Executus est de significationibus pulsus primi generis qui ₽m quātitatem attenditur: nunc expedit significationes secundi generis tertii: q ₽m quantitatem motionis arterie consideratur: p̄mittit de significatione tertii q ex ratione metrice rationis preposterauit in enumeratione: vnde ₽m ordinem enumerationis ꝓsequitur. Dicit itaq ꝙ fortis pulsus significat cōsistentiā fortitudinem virtutis: abundantiā spirituū obedientiā organi ad dilatandū eius molliciem. ¶ Species cōtraria. idest pulsus debilis: quia significat contrariū. s. imbecillitatem virtutis debilitatem spiritus inobedientiam organi duriciem.

De veloci pulsu eius contrario.

Cor feruens: animusq preceps: titubansq loquela.
Et verbum mente percurrens verbere vocis.
Actio festina. nullo librata tenore.
Quam non depingit ratio: nec dirimit ordo.
Ponderat euentus: nec certis claudit arctat.
Limitibus: dubii mutabilis alea finis.
Viuida spirituum natura caloris acumen.
Ad nutum cause artificis resolubilis humor.
Nature pulsum velocem rite sequuntur.

¶ Exequitur significationes secundi. i. velocis pulsus eius contrarii. ħ tamen ordinatur tertiū genus ex preassignata ratione: dicit itaq ꝙ velox pulsus significat fortitudinem vehementiā caloris dn̄antis: abundātiā spirituū resolubilitatem humoris obedientis. si sit tamen in naturali di-

stemperātia ⁊ ꝙ ptinet ad passiones anime significat mobilitatem mentis: ⁊ loquelā precipitem ⁊ linguā titubantē ⁊ celerem festinationem in actionibus sine preuentu deliberationis.¶ Cor feruens. idest feruor cordis. ¶ Animus ꝑceps. Talis est qui nō curat quicquid dicat siue bonū siue malū.¶ Titubansq; loquela. Ut sunt illi qui anteq̄ sint ad principiū sermonis vel iam principiū sermonis tenuerunt iam sunt ad finē.¶ Et verbum mente precurrens. Ut sunt illi qui anteq̄ cogitauerint qḋ ꝓferant: proferunt sua verba.¶ Actio festina. Hi tales festini sunt in omnibus operationibus suis.¶ Quā non depingit ratio. Isti tales non currant de rethoricis non curant verba sua ornare.

De pulsu veloci preter naturam.

Et quem precipiti pulsat vis discola raptu.
Indicat accendi peregrinum in corde calorem.
Velocem tardus difformi lege refellit.
Distat ab extremis parili quoq; lance recedit.
Eucrasie medius fidus comesq; pamphus.

¶ Nunc exequitur de significationibus velocis pulsus preter naturā dicens ꝙ significat incensionem extranei ⁊ innaturalis caloris.¶ Vis discola. idest materialis distemperantia que facit scisma ⁊ discordantiā incipiente corporis humani.¶ Raptu. idest propera ⁊ rapida motione. ¶ Difformi.¶ Tardus pulsus euacuat ꝼm cōtrarias causas ⁊ ꝯrias significationes ⁊ accidit ei per ꝯriū.Difformi. .i.difficili.¶ Distat ab extremis. .s.mediocris inter velocem ⁊ tardum.

De duro ⁊ molli pulsu.

Vasis duricies cordis rigor aridus humor.
Mens austera nimis pulsus mysteria duri.

¶ Postq̄ expediuit tractatū de significationib⁹ triū geneꝝ q̄ attendunt ꝼm ꝓprietatem motionis arterie.Consequenter continuat de significationibus alioꝝ triū que ptinent ad consistentiam organi.Prius aūt de duro pulsu ⁊ molli ⁊ mediocri.Aut ergo est durus naturaliter aut ꝑter naturā. Durus naturaliter significat siccitatem vasculoꝝ ⁊ duriciem ⁊ tensionem arterie ex siccitate naturali:siccitatem cordis:austeritatem mentis ⁊ pertinaciā.Durus preter naturā fit ex humoribus sanguinolentis vel colericis in quedā membra cōfluentibus ⁊ facientibus in eis ex nimia repletione tensionem venaꝝ ⁊ arteriaꝝ ⁊ partiū neruosaꝝ:vnde in sufflationibus partiū neruosaꝝ ⁊ arteriosaꝝ propter sumi cōclusionem propter opilationem poroꝝ propter tensionem nimiā ⁊ impressionem occurrūt duricies puitas

debilitas spissitudo velocitas:⁊ quandoqꝫ serrina inordinatio. Durus est
extensione:paruus ex duricie organi:ex defectu virtutis arterie propter
duriciem nimiam dilatari nequeuntis. Ideoqꝫ oīs durus paruus velox.
Et spissus ex multa necessitate refrigerii. Cum.n.virtus debilis semel ſm
ꝙ oportet trahere non possit necesse est frequenter repetere:qđ vno ictu
nequit implere. Inordinatio ⁊ diuersitas ex angustia virtutis:que valde
afflicta ⁊ occupata non potest ordinem seruare.sed modo magis:modo mi
nus dilatat ſm motionem ⁊ estuationem cause. In huiusmodi aūt aposte-
matibus.pro diuersis tpībus eorū pulsus variant̄. In principio.n.minor
est duricies maior fortitudo ⁊ maior pulsus est in q̄titate:nec tñ est inordi
natio. In initio paruū est apostema ⁊ modicam facit tensionem partium:⁊
virtus adhuc fortis est ⁊ potest vascula melius dilatare. Calor magnus
est vnde velox pulsus est ⁊ spissus. Inordinatio est parua:qꝛ arterie duri-
cies est modica ⁊ virtus non est adeo oppressa. Hec accidentia sunt ſm ꝓ-
cessum aliquoꝝ tempoꝝ.i.augmenti ⁊ status ⁊ maiorant̄:⁊ maxime inten-
ditur ille qui plenitudine concomittatur:qꝛ causa duriciei.i.tensio arteria-
rum maior est ex maioratione apostematis ⁊ maiori compressione ꝑtium:⁊
vaporis ꝯstipatione. In declinatione.n.condescendit apostema ⁊ ꝯdissol-
uitur humor:⁊ apostema finitur:pulsus ad sani quātitatē reducit̄. Ex dissi-
patione aūt subtilium humoꝝ ⁊ induratione grossoꝝ apostematū duroꝝ ⁊
constipatoꝝ pulsus durior ⁊ subtilior efficitur:qꝛ organa in latitudinem ⁊
profunditatem ex sua duricie non dilatant̄.minus velox est ⁊ spissus:qꝛ ca
lor minor est qui tanta refrigeratione nō indiget sicut prius.vnde si pseue
raret tale durū post dissolutionem materie periculum significat:qꝛ.s.indu
rationem apostematis ad dissoluendū difficilem:⁊ sic ꝓlongationem mor-
bi ⁊ nature defectū significat. Si apostema est in miringis cerebri sicut est
frenesis:fit pulsus durus paruus:velox:fortis:spissus durus:quia in ner
uosis locis fit apostema.quare paruus vel spissus patet ex predictis:sed
aliquātulum fortior est q̄ in aliis apostematibus:qꝛ in hiis est fortior vir
tus.vnde quidam morbidi in hiis morbis cito eriguntur ⁊ percussores ⁊
garruli fiunt:⁊ vix ab hominibus possunt teneri:qꝛ ex collisione vel cor-
ruptione mentis ꝯsequit̄. Inordinatio fit ex inconuenienti dilatatione or
gani cū duricie effusionis ⁊ fortitudine virtutis.vnde fit vt pars dilatet̄
pars vero nō.minor est duricies pulsus ex apostemate epatis q̄ eius qđ
est in locis neruosis:qꝛ hec membra non sunt tante duriciei:nec tantas fa-
ciunt tensiones:vt membra neruosa ⁊ arteriosa. In locis cordi proximis
apostemata faciunt pulsus similes eis q̄ fiunt ex apostemate facto in locis
arteriosis.nā vene epati:⁊ arterie assimilant̄ cordi. Ex apostemate coleri-
co maxime fundato in membro nobili vt cerebri pāniculis vel diafragma
te vel circa cor:qꝛ in corde apostema fieri non potest. vnde si sit in epate
vel stomacho fit pulsus valde durus. Si fiat in aliis mēbris sicut in pede
vel in manu nisi in locis arteriosis non tanta est duricies. Ex apostemate
